IURIS RESPONSUM SUPER CENSURA VENETA. IO. FRANCISCI DE...

Giovanni Francesco De Ponte

IVRIS

RESPONSVM

SVPER CENSVRA VENETA.

IO. FRANCISCI DE PONTE
MARCHIONIS MORCONI

IN SVPREMO ITALICO
Consilio apud Catholicum Regem olim
Regentis, & in Regno Neapolitano eiusdem Collateralis Decani.

ROMAE, Apud Gullielmum Facciottum. M. DC. VII.
Sumptibus Antonij Albini Bibliopolæ.

SVPERIORVM PERMISSV.

IVRIS

RESPONSVM SVPER CENSVRA VENETA.

APVD Catholicos, & qui Christianam religionem profitentur, iustitia censurarum publicatarum aduersus Ducem Venetorum, ipsiusq. Senatum, est admodum clara, & manifesta ex sola, & nuda facti narratione, postquam aliud non continet, quàm oppressionem, imo totalem extinctionem Ecclesiasticæ potestatis, immunitatis, ac libertatis, bonorum Ecclesiasticorum, ipsorumq. iurium occupationem, ac tandem piorum operum extinctionem, cum prohibitione nouorum templorum in futurum ad laudem omnipotentis Dei, & animarum salutem erigendorum.

Et ne forsan dubia hæc substantialis facti series videatur, proponamus statutorum capita, super quibus censuræ fundatæ sunt.

Quòd in bonis emphyteoticis, quæ ab Ecclesijs tenentur, non detur prælatio, caducitas, nec vnquam deuolutio ex quauis causa, non ne hæc importent ablationem iurium Ec-

clesiæ? & effectiuè dominij, ac proprietatis illorum, si ex forma contractuum, ac ex natura bonorum hæc omnia, quæ tolluntur ex vtriusque Iuris censura, tam ciuili, quàm Canonica indubitatè Ecclesijs competunt?

Quòd nullus laicus absque licentia Principis possit quouis titulo, tàm peractum inter viuos, quàm vltimæ voluntatis transferre immobilia in Ecclesias, Ecclesiasticasq. personas, & si in testamento relicta fuerint infra biennium vendantur laicis personis, est nè hoc aliud, quàm prohibere commercium omnibus permissum? tollere Ecclesiasticam libertatem, quòdq. Ecclesiæ, ac Ecclesiasticæ personæ vllo futuro tempore immobilia bona acquirere possint? imò directè ipsis facta est prohibitio ex natura correlatiuorum, vt infrà dicemus, & compellere ad venditionem bonorum in causam piam in testamento relictorum, non ne hæc omnia sunt contra directam potestatem summi Pontificis, contra Ecclesiasticam libertatem? & est ne aliud hoc, quàm retrahere personas, ne Ecclesijs relinquant, & in alijs pijs operibus bona distribuantur in oppressionem non solùm Ecclesiasticæ libertatis, sed in derogationem iurium specialiter Ecclesijs concessorum, imò faciendo eas peioris conditionis ceteroru laicorum, quibus emere, & vendere, & alio modo acquirere non est prohibitum contra omnia iura, & contra omnes Canones, per quos tàm variæ censuræ sunt impositæ, & si hæc originem trahunt ab immunitate onerum, quibus Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ personæ iure diuino per sacros Canones, ac etiam Imperatorum statuta gaudent, tanto clarius sunt hæc in elusionem, detrimentum, perditionem, & extinctionem Ecclesiasticæ libertatis, & immunitatis.

Prohiberur ædificatio templorum in honorem diuini cultus absque licentia Principis, & Hospitalium, ac ceterorum locorum piorum contra priuilegia Ecclesiæ concessa, ac contra Sūmi Pontificis auctoritatem, cuius tantum est, ac locorū ordinariorum licentiam, ac assensum præstare, ipsorumque, & non temporalis Principis licentia, Ecclesiæ, templa, & loca pia sunt instituenda, neque de nouo erigenda.

Exer-

Exercetur indifferenter Iurisdictio in Ecclesiasticas personas, illæ carceribus mancipantur, acriter detractantur, ac diù detinentur, condemnantur, ac pœnis durissimis plectantur. Sed quid mirum, si alàs statutum fecerunt, quòd laici Clericos vulnerantes non incurrant pœnas, nisi quinque solidorum, quod tantum improbat Gemin. in can. factæ sunt legem dist. 4.

Quid enim diceret ille sanctus Papa Marcellus si viueret, & talia audiret? qui in can. fin. 96. dist. infrascripta verba protulit: Boni Principis est, ac religiosi, Ecclesias contritas atque conscissas restaurare, nouasq. ædificare, ac Dei Sacerdotes honorare, ac tueri. Vnde Sanctos Apostolos, eorumq. successores sub diuina contestatione constitutos præcepisse legimus non debere fieri persequutiones, nec inferri fluctuationes, nec inuidere laborantibus in agro Dominico, nec expelli æterni Regis dispensatores, quem tex. Domini Veneti literis aureis scribere deberent, qui tantum magnificiunt ipsorum Principatum, & benè quidem, & iure optimo, sed hæc sunt opera magnorum, & bonorũ Principum, hæc sunt, quæ extollunt Principatum, & quæ sublimant potestatem, dicit rex. elegans in l. inter sactas. C. de Sum. Trinit. & Fid. Cath. Qui enim Christum diligit, Christi oues pascit, vt ad propositum Ecclesiæ, & Clericorum, dixit Leo Papa in can. diuinis 25. quæst. 1. & si vis diutius imperare, esto Deo subiectus, dixit Ambrosius Imperatori in can. cõueniot 23. q. 8. & ibi, quid honorificentius, quàm vt Imperator Ecclesiæ filius esse dicatur, & Oldr. in cons. 69. dixit, in vero Principe tria requiri, videlicet, potentiam, sapientiam, & diuinum cultum, & per contrarium Imperia extinguuntur, quæ latius ad propositum cumulantur per Aym. in tract. de antiq. temp. in princ. in vers. non omitto.

Et quid diceret ille magnus Constantinus Imperator, omnis religionis, & Christianitatis exemplum, dum non solum liberam facultatem tribuit Ecclesias fabricandi, & prædia acquirendi, sed dum de personis Clericorum tractaretur, infrascripta præfatus in sancta Synodo verba protulit.

Vos

Vos à nemine iudicare potestis, quia solius Dei iudicio reseruamini, Dij etenim vocati estis, & idcirco non potestis ab hominibus iudicari, & alia, de quibus in can. futuram 22. q. 1. & si satis adoluit Ecclesia in Concilio Lateranensi de violatione Ecclesiasticæ immunitatis, quæ etiam sub Pharaonis Imperio diuinæ legis ignari custodita fuit, inuehens contra laicos, & potestatem sæcularem onera Ecclesijs, Ecclesiasticisq. personis imponentes, adducens illud Hieremiæ: Princeps prouinciarum facta est sub tributo, vt in cap. nominua de immun. Eccles. quanto magis cordis dolore intrinsecus tactus Sanctissimus D. N. Papa Paulus V. qui vestigia sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, tàm cum omnium admiratione insequendo, videt hisce temporibus Ecclesiam sanctam suam, columbam suam, sponsam suam, ipsi in custodiam, protectionem, ac gubernium commissam, videri inquàm à Dominis Venetis Christianæ religionis antiquissimis defensoribus, ipsam offensam, vulneratam, & vndique exagitatam, in fluctuationem positam, & in persequutionem ex his, quæ facta, & dicta sunt.

Et si Imperator ille Federicus, qui fuit scismaticus, & à Romano Pontifice iustè depositus Regno, ac Imperio priuatus, leges statuit super immunitate Ecclesiæ conseruanda, sub grauissimis pœnis, tàm respectu bonorum, quam personarum, annullans omnia statuta, consuetudines contrarias, leges suas factas, siue in posterum faciendas, omnemq. sæculari potestati iurisdictionem tollens. Quid dicere debent Christi fideles? & quomodo potest se continere pastor summus ouium? Pastor bonus, qui suæ gregis exactam rationem Domino suo dare tenetur. Hæc lex Imperatoris Federici est in rubr. de stat. & consuet. contra liber. Eccl. edit. & immunitatem locorum religiosorum vbique mer. & for. priu. & C. posita in libro vsuum feudorum, vbi adest confirmatio Honorij Papæ sub his verbis.

Nos verò Honorius Episcopus seruus Seruorum Dei, has leges à Federico Romanorum Imperatore filio nostro carissimo, pro vtilitate omnium Christifidelium editas laudamus,

mus, approbamus, & confirmamus tamquam in æternum valituras, & ſi quis ausu temerario, inimico humani generis ſuadente, quocunque modo has infringere tentauerit, indignationem Dei omnipotentis, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ſe nouerit incurſurum, quam immunitatem generaliter, & abſque aliqua diminutione, & cum annullatione omnium ſtatutorum in contrarium fortè faciendorum, aut conſuetudinum fortè introducendarum, poſtea Sanctiſſimi Pontifices ſub excommunicationis pœna ſanxerunt fore ſeruandam, iuxta diſpoſita in cap. nouerit, & in cap. graue, de ſent. excom. in cap. non minus, & in cap. aduerſus, de immunit. Eccleſ. in cap. fin. end. tit. in 6. & contra Clericos carcerantes, eſt tex in cap. ſuper. de ſent. excom. contra laicos ſe intromittentes in Eccleſiaſticis negotijs, & quomodolibet ſtatuentes, aut iuriſdictionem exercentes, tàm in perſonis, quàm in bonis ſunt iura indubitata, quæ pro regula, abſque alia exceptione hæc ſtatuunt, ſi adhuc etiam Canonum auctoritas non conuertatur, de quibus in can. bene quidem, in can. ad verum, in can. duo quippè, in can. ſi Imperator 96. dist. in cap. quę in Eccleſiarum, & in cap Eccleſ. S. Mariæ, de conſtit. in cap. cum laicis, de reb. Eccleſ. non alien. in cap. contingit de arbitr. in cap. 2. de for. comp. in can. molira, can. placuit, vt quiſquis, can. ſi Clericus, can. ſi quis ex fratribus, can. peruenit 11. quæſt. 1. can. qualiter, & quando, cap. decernimus, cap. cum non ab homine, & in cap. Clerici de iudic. in quo inter cætera in ſpecie annullatur quælibet conſuetudo prętenſa contra immunitatem, & libertatem Eccleſiaſticam cuiuſcunque temporis ſit conſuetudo ſecundum glo. ibi. & communiter Canoniſt. prout patuit quamcunque conſuetudinem annullat tex in d. cap. nouerit: appellantur enim omnes conſuetudines, omniaq. ſtatuta, & leges laicorum de perſonis, & rebus Eccleſiaſticis deſtitutiones, & vſurpationes, dicit text. in d. cap. fin. de reb. Eccl. non alien. vbi eleganter per Hoſtien. Idemq quaſi per eadem verba prouidetur in d. cap. Eccleſiæ S. Mariæ, & ideò Chriſtiani Imperatores dixerunt omnia prætentis

tem-

temporibus antiquorum suorum Prædecessorum fuisse inter dicta per tyrannidem, vt habetur expresse in l. decernimus C. de sacr. sanct. Eccles. & ob id statuta omnia, leges omnes, atque consuetudines quaslibet annullauerunt, vt in auth. cassa, & ibi tit. C. de sacr. sanct. Eccles. vbi Bart. & communiter scribentes, & ratio quare, nec consuetudo, nec immemorabilis præscriptio iuuat, illa est notoria, vulgaris, & cõmunis, quia spiritualium laici sunt incapaces, quæ latissimè ad saturatem congerit Io. Azor. in suo tract. Institut. Moral. lib. 3. cap. 12.

Hoc est factum, in quo versamur, materia est penitus Ecclesiastica, & spiritualis, officium Summi Pontificis est defendere Ecclesiam, ac Ecclesiasticam iurisdictionem, quòdq. illa non turbetur, cap. quoniam, vbi Ancar. not. de immun. Eccles. in 6. & sic omnes Ecclesiasticas personas. Idem Ancar. in cap. 1. per illum tex. eod. tit. & vsque ad effusionem sanguinis, vt infra dicemus, in quo etiam est elegans text. Clementis V. in Clemen. multorum de poenis, facta contra detinentes Clericos carceratos, ibi considerantes ex hia quorum tàm nostro, & Apostolicæ Sedis honori, quàm personarum Ecclesiasticarum quieto, & prospero statu, non sine damnanda exempli pernicie derogetur, vbi Cardinalis dixit 4. noto, quòd Papa non debet permittere, vt detrahatur honori suo, vel Sedis Apostolicæ, & quia ex illa carceratione toti ordini Clericali derogabatur, ob quod nil releuabat remissio iniuriarum passi, quia tota Ecclesia erat offensa, quodq. ad Papam pertinet conseruare personas Ecclesiasticas in quieto, & prospero statu, & doctrina Cardinalis firmator ex tex. vulgato in cap si diligenti de for. compet. qui dum reddit rationem, quare Clericus non potest etiam volens cognosci à Iudice laico, & priuilegio fori renunciare, dicit tex. cum non sit beneficium hoc personale, cui renuntiare valeat, sed potius toti Collegio Ecclesiastico sit publicè indultum, quod ibi latius dilatant Canonistæ communiter tradentes, immunitatem illam concessam Collegio, vt Collegio Clericorum, & propriæ Ecclesiæ, & propterea & si

consi-

cõſideretur intereſſe ſingulorũ, vt ſingulorũ non poſſint talẽ priuilegio renuntiare, quia verteretur in iniuriam, & vitupe-rium in vniuerſum, quod præ ceteris elegãter declarauit ibi Butr. n. 12. quẽ pro notab. allegauit Felin. in cap. cum omnes de cõſt. ou. 15. Hoc. Bald. Salic. Card. Io. Baptiſta de S. Seue-rino, & alij cumulati per Dec. in cap. Eccleſiæ S. Mariæ de cõnſt. 1. col. n. 5. voluerunt contrà libertatem Eccleſiæ dicl ſtatutũ etiam, quòd ſit contra libertatẽ vnius Eccleſiæ, quia ex iniuria facta vni Eccleſiæ, tota Eccleſia Dei offenditur, ſi-cut in vno Clerico, qui in tẽporali Iudicio conuenitur, quia toti ordini Clericorum derogatur per tex. in d. c. ſi diligenti, & eadem ratione attenta dixit gloſ. notabilis in cap. ſignifi-caſti in ver. clerici de for. comp. quod clericus, nec etiam cum conſenſu Epiſcopi poteſt forſi renunciare, & à ſæculari Iudi-ce cognoſci, quia cum priuilegium ſit introductum in fauo-rem totius ordinis clericalis, ſicut clericus renunciare non poteſt, ita nec Epiſcopus poteſt nec renunciare, nec præiu-dicare, & priuilegium cleticale intelligitur de dupplici 53. perſonæ, & ſoti gloſ. elegans, vbi Card. notat in Clem. 1. de off. ord. priuilegiũ perſonæ, quod eſt Canonis, ſi quis ſuaden-te eſt de Iure poſitiuo per Pontificem Innocentium Secun-dum concceſſum, vt in c. ſi quis ſuadente 17. q. 3. Innoc. in c. noueris de ſent. excom. Card. in repet. cap. perpendimus de ſent. excom. Felin in c. 1. de maior. & obed. & latiſſ. Auſc. in ead. clem. 1. de off. ord. & hoc per Pontificem poteſt tolli, de quo per eoldem Authores. Priuilegiũ fori eſt de Iure diuino, & non poteſt Papa illi derogare, nec concedere Imperatori, aut læ. ulari poteſtati cognitionem in Clericos, Eccleſiaſti-caſq. perſonas, nã decoloraretur ſtatus vniuerſalis Eccleſiæ, ita Abb. poſt Innoc. & Io. And. in cap. 2. de maior & obed. & ibidem Felin. qui allegat Card. in repet. d. cap perpendimus idem tradentem, & eſt communis opinio immunitatem hanc eſſe de Iure diuino, quicquid dixerit Couar. cum alijs, quẽ patiter dicit hãc eſſe opinionem cõmunem in cap. 31. pract. quæſt. qui allegauit Innoc. pro ſua opinione in cap. 2. de ma-

for. & obed. qui dicit totum oppositum, si recte perlegatur, & clarius in cap. nouerit de sent. excom. & sic illum intelligit Abb in cap. nimis de Iureiur. & Alciat. quem ipse allegat in cap. cum non ab homine de for. compet. nihil de hoc tractat in libro meo Host. Butr. Ancat. Zabar. imol. in d. cap. 2. de maior & obed. Abb. Felin. & Dec. in d. cap. Ecclesiæ S. Mariæ de const. Propositus in S. statuimus de Rat. & consuetud. Roman. sing. 419. incip. sed an potest Papa, latissimè Azor. in suo libro Instit. Moralium lib. 5. cap. 18. qui Theologos antiquos, & Canonistas cumulat, ex quibus patet hanc esse communem opinionem sunt Iura, & auctoritates diuinæ Scripturæ, quæ non possunt reperiuersari. Dauid in Psalm. 81. Deus stetit in synagoga Deorum, in medio autem Deos, idest Ecclesiasticos dijudicat, & in Psalm. 104. dicit Deus Principibus secularibus: Nolite tangere Christos meos, idest Sacerdotes ministros meos, Genesi 47. fecit Ioseph tributarii Regi totam terram Aegypti, excepta Sacerdotali, nec vtebatur tunc Ioseph aliquo iure humano, sed solum naturali, & diuino. Matth. 17. ergo liberi sunt filij, quod intelligitur de Ecclesiasticis, secundum Hieron. & August.

Tex. in can. Imperator 96. dist. ibi, non à legibus publicis, non à potentatibus seculi, sed à Pontificibus, & Sacerdotibus omnipotens Deus Christianæ religionis Clericos, & Sacerdotes voluit ordinari, discuti, & repeti de errore remanentes, Imperatores Christiani subdere debent executiones suas Ecclesiasticis præsulibus non preferre, vbi glos. notabilis ver. discuti dixit, ergo antequam esset alia constitutio, etiã Clerici non erant de iurisdictione seculari. Vnde omnes Constitutiones, quæ emanarunt, quod Clerici non sint iudicandi nisi ab Episcopis, non sunt nisi iuris declaratio, quam glos. dixit auream, Felin. in d. cap. 2. de maior. & obed. in princip. & notat Cardinalis in d. cap. perpendimus, & est communiter sequuta.

Tex. in can. quamquam de censib. in 6. ibi, cum igitur Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ personæ, ac res ipsarum non solum iure humano, quinimo diuino à secularium personarũ exactioni-

tionibus ſint immunes, vbi gloſ. adducit illud Ioſeph tempore Phataonis, Geneſ. 47. & illud Eſdræ 7. Regis Adagei, & in cap. quamquam Canoniſtæ idem firmant 53. hanc immunitatem eſſe de iure diuino, & ibi per Anc. Philip. Franc. & alios.

Tex. in cap. nimis de iureiur. ibi, nimis de iure diuino quidam laici vſurpare nituntur, cum viros Eccleſiaſticos nihil temporale obtinentes ab eis ad præſtanda fidelitatis iuramẽta compellunt, vbi Abb. & cæteri Canoniſtę.

Tex. in d. cap. non minus de immunit Eccleſ. in 6. vbi exprobans tex. onera, quæ imponebantur Eccleſijs, Eccleſiaſticis q. perſonis, adducit illud Pharaonis, ibi, vt deterioris conditionis factum ſub eis Sacerdotium videatur, quàm à Pharaone fuerit, qui legis diuinæ cognitionem nõ habebat, &c. ergo immunitas Eccleſiaſtica de iure diuino.

Tex. in can. Siluester 11 qnęſt. 3. ibi, contra leges diuinas, & publicas pulſatis forum ſuum putauit auferri, allegatur communiter deciſio Rotæ in antiqua in tit. de conſuetud. quę eſt 10. tradens non valere conſuetudinem Anglicanam, quòd Rex habeat cognitionem, & iuriſdictionem in Clericos, quia eſt contra libertatem Eccleſiaſticam, ſanctorum Patrum inſtituta, & contra legem diuinam, & præceptum prohibitiuum, & negatiuum, ac contra generalem ſtatum Eccleſiæ, præſertim introductum in honorem totius ordinis Clericalis, nec ſufficit ſcientia, aut tollerantia Papę in hoc, quòd ſi propter ſcandalum tollerauerit, non propter hoc approbata cenſentur: nam priuilegium hoc Clericis fuit conceſſum à Chriſto, cur Papa non poteſt derogare per conſenſum, vel tollerantiam. Hęc Rota, quod vltimum dixerunt Doctores reſpectu temporalium, in quibus in multis non ſe intromittit Papa, non ex defectu poteſtatis, ſed timens, ne inde ſequatur rebellio à Sede Apoſtolica, aut grauiora alia incommoda, vt ex Victoria, Alberto, Pigio, Durando, Turrecrem. & alijs, tradit Molin. de Iuſtitia diſput. 29. 2. lib. & auctoritate Rotę communiter Doctores tradiderunt, quod ſicut non valeret priuilegium talis exemptio-

ptionis, sic etiam non valet consuetudo, vt per Dec. in d. cap. Ecclesiæ S. Mariæ ante num. 6. latè per Felin. in d. cap. 24 de maiot. & obed. in princ. qui decisiones cumulat Cardinalis in d. repet. cap. perpendimus de sent. excom. & de communi testatur Couar. in d. cap. 31. pract. quæst. & consuetudo, & priuilegium panificantur dicit Innocent. in cap. nouit, de iudic. num. 6. bene potest Papa causas aliquas, non tamen omnes laicis delegare, de quo in cap. 2. de iudic. nam tunc non cognoscit laicus iure proprio, nec per modum iurisdictionis, sed iurisdictio stat fundata in personam delegantis, & suo nomine exercetur, & expletur. quæ latè explicat, & declarat Ausi. in clem. 1. de off. ord. num. 43. hanc firmans opinionem. Sed quid in hoc memorandum, si per sacrum Concilium Tridentinum hoc est in individuo determinatum, dum dicit immunitatem hanc Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus institutam, siquidem, vt relatum est, priuilegium personale ex Canone, Si quis fundente Canonicis sanctionibus est institutum, & ego addo priuilegium locale confugientium ad Ecclesiam, iuxta doctr. Innoc. in cap. nouerint de sent. excom. priuilegium vero fori est Dei ordinatione, iuxta determinationem sacri Concilij, & hoc idem tradidit Hostien. Io. And. Ancar. Butr. Soccin. cum reliquis omnibus in d. cap. nouerint. Cardinalis in cap. perpendimus num. 13. de senten. excom. declarat eleganter Molin. in tract. de iustitia, lib. 2. dispu. 31. versiculus para conclusionis.

Et postquam omnis iurisdictio personarum Ecclesiasticarum, Ecclesiarum, & ipsorum bonorum est absoluta Summi Pontificis priuatiua, & abdicatiua ad omnem laicam iurisdictionem, ita quod non posset, si vellet Papa illam Principi laico concedere, iuxta latè tradita per Couar. vbi supra etsi secundum suam opinionem, quia decoloraretur status Ecclesiæ; vnde tanto magis, cum sit de iure diuino, & consequenter ad ipsum spectat defensio, protectio, & tuitio, propterea sequitur eius esse iudicium, qui in casibus occurrentibus habet declarare, determinare, & iustitiam facere, vt in

pro-

propria materia immunitatis tradiderunt Ancar. & Gemin. in cap. 1. de immun. Eccles. in 6. nam mundus totus est territorium Pontificis, can. cuncta per mundum 9. q. 3. per quē tex. sic dixit Cardinalis in clem. pastoralis. S. vtillud. num. 4. de re iudic. & Host. in cap. tua nobis. de off. vic. dixit, quòd tota Christianitas est prouincia generalis Pontificis, & ipse cognoscit de suis priuilegijs, de priuilegijs Ecclesiæ, & de omnibus iurisdictionem, & immunitatem Ecclesiasticam tãgentibus, & ex auctoritate suæ personæ est iudex in causa propria, nec alius potest se intromittere, nisi ex sua delegatione, tex. est in cap. cum venissent, vbi gl. magistr. de iudic. ibiq. Ancar. Butr. & omnes Alber. in l. quoties. cod. de iudic. Martin. Laud. in tract. de priuileg. q. 39. & in dubio, an sua esset iurisdictio in casibus alijs occurrentibus deberet ipse declarare, iuxta terminos tex. in l. si quis alienam. ff. de iudic. in l. a. vbi bona gl. ff. si quis in ius vocat non ierit. Innoc. notabiliter in cap. cum venerabilis de censib. & dum ab aliquibus controuertitur cõtra communem, & veram sententiam; an Papa habeat vtrumque gladium, de quo inferius latius tractabimus (licet non ad casum) dico inquam, quod omnes conueniunt habere Pontificē etiam gladium temporalē ad finē spiritualē, & quatenus spiritualitati deseruire necesse esset, & in dubio ipse est iudex, an statuta temporalia offendãt, vel nõ Ecclesiasticã immunitatem, & sic suã iurisdictionē, cū eius sit iudicare de medijs per comparationem ad finem, cuius est iudicare de ipso fine ita concludũt omnes, qui renuerunt opinionem cõtra communem, vt per Franc. de Victoria de potest. Ecclesiæ relect. 1. præpol. ß n. 14. quodq. propterea mãdate potest reuocationem cuiuslibet legis à seculari Principe factæ, & latius Molin. de iust. tract. 2. disput. 29. ver. interrogabit aliquis, maximè in grauioribus quęstionibus dixit Honorius 3. in cap. 1. de iuram. calumn. vbi, inhærentes vestigijs prædecessorum nostrorum dicentium grauiores quæstiones per Summum Pontificem terminari, & in cap. per venerabilem, qui filij sint legit. in quibus cū aliquid fuerit difficile, vel ambiguum ad iudicium Sedis Apostolicæ est re-

currendum, cuius sententiam, qui superbiens contempserit obseruare, mori præcipitur, idest, per excom. sententiã, velut mortuus à communione fidelium separari. Paulus etiam, vt plenitudinis potestatem exponeret ad Corinthios scribens, ait, nescitis quoniam Angelos iudicamus, quanto magis seculana, in quo tex. Abb. eleganter loquitur, quod qualitercunq. oriatur difficultas, & ambiguitas siue in foro seculari, siue Ecclesiastico, siue in causa criminali, siue ciuili ad Papæ iudiciũ est recurrendum nu. 38. & Host. ibidem tradens dicit pulchrum verbũ, quod quoad Ecclesiastica, indistinctè regulariter est recurrendum ad iudicium Papæ, quo verò ad secularia, casualiter. Sed ad Papã spectat declaratio dubiorum, ibi nu. 33.

Et ex his non parum miratus sum de ponderatione quam vidi diffusis verbis fieri per quosdam ex d. consulentibus DD. Venetorum, prætendendo ex fundatione antiqua illius Reipublicæ vẽdicasse potestatẽ iudicandi super Clericos, quodque non potuit illis præiudicari per leges Imperatoris Federici tanquam liberis à iugo potestatis Imperij, nam si hæc immunitas est de iure diuino, vana est ponderatio ex prælegatis, & propterea fuerunt reuocatæ omnes leges Imperatorũ contrariæ Ecclesiasticæ immunitati, & quod statuit Imperator Federicus Secundus in cap. item statuimus in d. tit. de statut. & consuet. cont. libert. Eccl. quod Capitulum est positũ, & renouatũ in. l. Cod. incip. itẽ statuimus sub tit. de Episc. & cler. mãdans hanc Ecclesiasticã immunitatem inuiolabiliter obseruari. Hoc inquam non est quid nouum, sed iuris diuini, & antiqui declaratiuum, quod notabiliter dicit gl. in d. can. Imperatores 96. distinct. & fuerunt hæ Constitut. conditæ & factę non vt nouæ Const. sed ad reuocat. anteriorum legũ, & constitutionum per tyrannidem antecessorum introductarũ, vt diximus supra per tex. in allegat. l. decernimus vbi est casus, ibiq. Bald. & sic pariter in d. l. item statuimus.

Sed q̃ sit hęc immunitas de iure positiuo, maior est admiratio, si quidẽ omniũ est cõsensus, nemine dissentiẽte potuisse Pontificem eximere Clericos à potestate temporali absque

alio

assio consensu secularium Principum, ex quo sunt res spirituales, & ex toto animam, & corpus deserunt in sortem Christi, nec potest talis immunitas reuocari, cum in spiritualibus careant seculares Principes omni iurisdictione, & Papa est absolutus Dominus, ita Innoc.Io.And. & omnes in cap.2.de maior.& obed. latiss.cumulat decil.Aust. ex communi omnium consensu in d.clem. 1. de off.ord.& patet late per Couar in d.cap.31. pract.quæst.qui tenuit immunitatem esse de iure positiuo.Cumq; lex illa Federici fuerit approbata per Honorium Pontificem, & mandata seruari inter omnes Christianos mundi,& in æternum,propterea vanū est insistere in istis inuentionibus, & maximè Dominos Venetos,cum Ecclesia, & in rebus spiritualibus, quarum incapaces sunt omnino laici, & ideo nulla deseruit præscriptio, quamq; immemorabilis, vt sup. diximus,& affirmatur per Dominos consulentes ex aduerso, iuxtà tradita per Io.Monac. Io.And. ceteroſq. scribentes in c.2. de priuil. in 6.cum alijs per ipsos cumulatis, ob quod Doct. dixerunt, quod omnes leges ciuiles positæ in tit.de sacr.sanc.Eccles.de Ep.& cler.& sub alijs quibusuis titulis loquentes de Clericis, ipsorumq. bonis,sunt inq; omnes abrogatæ,sunt nullius vigoris, principaliter ex defectu potestatis, & iudicandæ sunt Ecclesiæ,& personæ Ecclesiasticæ, secundum disposita per sacr.Can. & hæc est communis schola omnium scribentium,de quo inferius latius suo loco tractabimus; alias vanum esset disputare de validitate statutorum factorum, etsi illa sint contra Ecclesiasticam immunitatem, ac libertatem.

Et equidem super hac libertate Dominorum Venetorum mihi non videbatur aliter loquendum,sed occasionaliter dictam tantum vnum verbum, quod Bal. in cap. sicut, l. 2. de iur.iur.dixit habuisse Ciuitatem Venetiarum priuilegium exẽptionis ab Imp.& Albet.in l.effectos populos,dixit vidisse priuilegium bullatum bulla aurea, & alij dixerunt habuisse à Papa exemptionem, & libertatem, vt latius per Rastaurum Castal.in tract.de Imperatore quæst.54. & exemptionis priuilegium potest reuocari per ingratitudinem dixit Bal. in l.

2.in fi.c.de libert.& eorū lib.quē allegat ad Propositū Mart. laud.in tract.de priuil.quæst.48.& ob id Bal.in specie dixit in dicto c.sicut,quod exempti ab Imperio Romano,quando nō adhibent debitam reuerentiam, possunt in seruitutem reuocari,tanquam ingrati;& subdit,ideo Venet. si essent rebelles Imperij, possent priuari eorum libertate,& si alia opinio ast vera, quod habetent priuilegium exemptionis à Summo Pontifice,consequentia est clara.

Sed amplius dico,quòd respectiuè ad habitū iurisdictionis temporalis in Papa residentem, vt inferius latè demonstrabimus ex communi Doctorum resolutione, posset Papa ex causis arduis reuocare,ac in seruitutem redigere, licet ab Imperatore priuilegium exemptionis haberent, prout posset eumdem Imperatore deponere, & priuare,vt infrà dicemus,qui habitus est in casu tali reducibilis ad actum,imò vt declarabimus in casibus prædictis nunquā discessit ab habitu,nec maius priuilegium prætendere possent, quam habere in eorum Principatu idem ius, quod Imperator in Imperio, siue dicamus habuisse priuilegiū ab Imperatore, siue quòd vt liberi iura Imperij tenēāt,& quādo vassallus vassalli Dñm Domini sui offenderit feudo suo priuatur, & ad dominum suum,à quo ipse tenebat reuertitur, dixit rex. in cap. Imperialē.§.illud quoque de proh.feu.alien.per Fed. & si dicimus per exemptionem nihil remanēsse penes Imperatorem superioritatis,tunc ex delicto ad primum dominum reuertitur, & omnia priuilegia resoluuntur, decisio est communis Andreæ de Yserna in cod.§ illud quoq. ante nu.64, vers.ibi verò simpliciter,sed relinquamus pro nunc ista,& pertranseamus ad alia.

Ponderetur insuper aliud pro cōplemento introductionis huius discursus,quod dicit Innoc. in cap.inquisitioni de sent. excom. quod si Papa,qui superiorem nō habet,præcipiat aliquod iniustum,& propterea excōicat, si de spiritualibus,vel Ecclesiasticis personis aliquid præcipit etiam iniustum,illud est seruandum, quia nemini licet de eius factis iudicare. si verò præcipiat laico, qui non est de iurisdictione sua, nec ta-

ratione perſonæ, nec cauſæ, licet non videatur quare debeat obedire, tamen dicit Innocen. excommunicationem ſemper obſeruet, quia cum in poteſtate ſua ſit Eccleſia militans, & ad eius mandatum debeant Sacramenta miniſtrari, nullus contra eius mandata debet ſe immiſcere.

Hic tractamus de cauſa, & re ad Pontificem ſpectante, tractamus de ſpiritualibus, ſcilicet de perſonis Eccleſiaſticis, de libertate, & immunitate Eccleſiaſtica, de poteſtate ædificationis templorum, Hoſpitalium, & aliorum piorum locorum, perſonæ omnes quoad ſpiritualia ſunt ſubditæ, totus mundus quoad ſpiritualia eſt territorium Papæ, in omnes habet vniuerſalem iuriſdictionem, vt infra dicemus, & ſi quando cauſa eſſet merè de re temporali, & reſpectu perſonæ, & cauſæ, hoc non obſtante, dicit Innocen. eſt Papæ obediendum, nec replicandum, etiam quod iniuſtum contineat, ergo deciſio Innocentij eſt punctualis pro ſubiecto materiæ de qua tractabimus.

Innocentium ſequitur Hoſt. dicens, quod etiam ſi Papa præcipiat de temporalibus alicui laico, qui nihil tenet ab eo, nec de iuriſdictione ſua eſt ratione perſonæ, vel cauſæ obedire tenetur, & ſeruare excommunicationem iniuſtam.

Ancar. ſequitur Innocentium.

Io. Andr. refert propria verba Innocentij, illumq. ſequitur ad literam.

Abb. ſequitur Innocent.

Card. Zabarella ſequitur Innoc.

Ant. de Butr. ſequitur Innoc.

Abbas in ſuis quæſtionibus quæſt. 1. col. 1. ſequitur Innocentium.

Guglel. Mainer in regula nemo poteſt, num. 157. de reg. Iur. ſequitur Innoc.

Ratio deciſionis Innocentij eſt illa, quia omnia præſumuntur fieri per Papam iuſtè, & ex cauſa iuſtificata, iuxta doctr. Abb. in cap. cum veniſſent, de iudic. circa medium nu. 8. ex ſancta, & diuina inſpiratione, quia cor Pontificis eſt in manu Dei, dicit Lucas de Penn. Doctor antiquus, venerandus,

dus, & magnæ auctoritatis, & propterea subdit in l. omnes publica. C. de re mil. lib. 12. quod sententia eius, quæ apud homines iniqua videtur, pro iusta censenda, & seruanda est, quia apud Deum talis esse debet in occulto ipsius iudicio, vbi adducit auctoritatem sententiæ Dauid contra filium Ionatæ innocentem, & alia, vt ibi per eum. Hinc Albert. in eius dictionario in ver. Papa, dixit, non licere alicui de ipsius iudicio disputare, quodque adimplendum sit eius mandatū, etiam si mandauerit vim inferendam, quia præsumitur se mouere ex iusta causa, cum sit fons iustitiæ voicus, dixit Socin. in cons. 144. incip. visa Bulla, vers. 3. loco dico 2. par. & reducit errantes à veritate Clem. 1. & ibi Cardinalis extra de magis. & Diuus Bernar. in lib. de consideratione scribens ad Eugenium vocat eum malleum tyrannorum, & cunctos ipse est iudicaturus, & à nemine erit iudicandus ad tex. in can. si Papa 40. distinct.

Hinc ex sententia omnium propter iniustitias in Regnis propter malos mores, propter abusum Dominorum in scandalum Populorum, ipsorumque perniciem, propter excommunicationes, ipsarumq. contemptum pro custodia defensione, & conseruatione Ecclesiasticæ religionis, indebitæ vsurpatione, & occupatione Ecclesiasticorum iurium Papa Reges deponit, Imperia de gente in gentem transfert, priuat illos eorum dominijs tanquam aberrantes à via, quæ ducit ad finem illum supernaturalem, cuius officium ad solum spectat Pontificem, cui commissæ sunt, non certæ sed omnes oues, de quibus tanquam bonus Pastor rationem reddere debet, & propterea onus est suum reducere illos ad vitam virtuosam per medios habiles, & necessarios, per quos finem ipse consequatur. Hæc omnia elegantes discutit Card. de Turrecrem. in can. filius. 15. q. 6. vbi Papa Zacharia deposuit Regem Francorum, & dum tex. dicebat, quod deponebatur, quia inutilis, dicit ibi glos. quod non intelligitur inutilis, quia insufficiens, sed dissolutus, & effeminatus, quam glossam allegat, & sequitur Abb. in cap. venerabilem de elect. num. 7. & propter iniustitiam, & negligentiam est tex. in

cap.

cap.63. ex suscepto de for.compet. vbi omnes Canonistæ, & ex denegata defensione Romanæ Ecclesiæ est tex.in cap. venerabilem de elect. & ex mala gubernatione, ac propter gravamina Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarū est tex. in cap.grandi de suppien.neglig.Prælat.in 6.propter excommunicationes, & oppressiones Ecclesiarum,& populorum, est tex. in cap.ad Apostolicæ de re iudic. in 6. & pariter habetur io cap. licet de voto, & voti redempr. & vt diximus, hæc est communis omnium sententia, de quo per Specul. in tit. delegato. §. nunc ostendemus. Bal. in tit. de pace Constantiæ in §.hoc quod nos, Canonistæ omnes in d. cap. licet ex suscepto de for.compet.in cap.nouit de iudic.& supra omnes elegantèr omnia recensèt saris distinctè Cardinalis de Turrecrem.in cao cum ad verum 96.dist. omninò videndus, nam eleganter loquitur, & inter multa notabilia dicit, quod potestas Pontificis, qui est vniuersalis Dux, & Rector Populi Christiani est dirigere, regulare, & præcipere, atque legea religionis dare potestati seculari, quibus in administratione sui officij dirigatur in finem vltimum felicitatis æternæ. Vnde Beatus Augustinus hanc auctoritatem cognoscens, & admirans in B. Petro io sermone quodam Apostolorum Petri, & Pauli, qui incipit fortis, & humilis, ita ioquit.

O nuta potentia, & effabilis gratia Saluatoris,quis plebeium piscatorem Apostolorum facilè crederet Principem, & Regibus obsistere,Reges sanctificare, Regnis omnibus imperare, mundum refrenare legibus, dæmones calcare pedibus, iubere virtutibus, cælum omnibus aperire cum veller, claudere,cum placeret,immortale regnum conuersis donare,negare peruersis,merita mundi cognoscere, culpa, & crimina omnibus relaxare. Hæc Augustinus.

Qua argumentatione dicit Turrecr. vsus fuit Innocentius Tertius in cap. solitæ de maior. & obed. scribens ad Imperatorem Hierosolymitanum, vt cognosceret, quòd omnia subdita erant sub potestate eius, ob quod dixit Inocent. in d. cap.licet ex suscepto,posse Papam se intromittere in temporalibus omnibus ratione cuiuslibet negotij Ecclesiastici, &

sic in omnibus casibus arduis, vt ibi per Abb. eundemq. Abb. & Doct. communiter in d. cap. nouit, & contra omnes Principes & ciuitates nō recognoscentes superiorem, & in specie in Ciuitate Venetiarum posuerunt casum scribentes, vt per Barba. in d. cap. licet ex suscepto nu. 70, quæ latius prosequitur ibi Bellam. nu. 6.

Ex quo fit, vt non miremini contentorum in tex. in cap. exposita extra de arbitr. vbi ponitur casus excommunicationis in personam Ducis Venetorum, qui tanquam arbiter laudum protulerat super quadam controuersia bonorum temporalium inter Episcopum Feltrensem, & Cives Tervisanos, pro cuius laudi obseruatione obsides receperat, & quamquam de nullitate dictum erat, suam sententiam executioni demandare volebat, de quo habito recursu ad Summum Pontificem laudum reuocauit, & Duci mandauit etiam sub Ecclesiasticis censuris obsidum restitutionem, ibi, eundem ad restitutionem obsidum occasione alius compromissi sibi datorum, vt ipsius arbitrium seruetur per censuras Ecclesiasticas compellentes.

Innocentius ibi, in fine, dicit non esse dubium, quin Papa in illo casu iurisdictionem habebat, & allegat textum in can. Apostolicos 12. q. 2. & in can. si quis de potentatibus 24. q. 3. & nil aliud dicit, ob quod Abbas ibi, declarando textum, & doctrinam Innocentij, dicit quod ex iuribus, quæ allegat voluit Innocentius dicere, quod Dux Venetorum opprimebat Ecclesiam, ipsiusq. iura, detinendo iniustè obsides, & ob id potuit iustè adiri, ratione quasi cuiusdam sacrilegij, seu oppressionis, licet fecerit Dux prætextu compromissi, & quod etiam ex iniustitia potuit Papa exercere iurisdictionem in Ducem Venetorum non recognoscentem superiorem in temporalibus ex dictis per eum in cap. licet ex suscepto, de for. comp. Hæc Abb. de cuius dicto meminit Felin. in cod. cap. licet ex suscepto in princ.

Possem equidem ex prædictis, & vt dixi, ex qualitate facti tam notoria, & ex probata facilè concludere, non esse de alio tractandum, stante summa potestate Christi Vicarij,

vera

veri Dei potestatem in terris exercentis, vt infra suo loco dicemus, qui sententiam excommunicationis promulgauit, fecit hoc consulto, cum voto totius Collegij, negotio pensato, ruminato, & discusso, vt sic de suo infallibili iudicio non sit disputandum ex prænotatis, & etiam ex communi sententia Theologorum, relata per Illustrissimum D. Cardinalem Bellarminum sacræ Theologiæ lumen, ac religionis, pietatis, & Christianitatis lucidissimum speculum, & ex his, quæ ipse tam doctè, tam eleganter, & tam prudenter in propria materia disserit.

Sed quia ad manus peruenerunt aliquorum Iurisconsultorum responsa, & alia pariter legi, quæ partim tractant, iustificationem statutorum propter publicam vtilitatem emanatorum non contra Ecclesiasticas personas, sed laicas, & subditas, & de bonis existentibus in posse laicorum, non adhuc Ecclesijs acquisitis, vel Ecclesiasticis personis, quæ sicut pacto priuatorum posset fieri prohibitio, ne ad Ecclesias perueniant, ita pariter per statutum, maximè quia non est absolutè prohibitorium, imò permissiuum, cum Principis licentia, & partim denique tractant de potestate omni temporali in Clericos, ac nulla Summi Pontificis in temporalibus, quòdque falsum ex prætensis priuilegijs Pontificum, aut ex possessione immemorabili cum titulo allegatione substineri possit iuridictio prætensa in personas Ecclesiasticas, nulla residente potestate in Pontifice priuilegia talia reuocandi, propterea & si multa scripta, & dicta sint, vndique superuacanea, & non ad casum, sed verè ad seminandas zizaniæ, & summam Pontificis potestatem denigrandam, ac vilipendendam, operæpretium duxi non tamquam Theologus, sed Doctor, & professor V. L. recolligendo spicas post terga tantorum virorum, qui pro iustitia censurarum doctissimè, & eleganter scripserunt, concludere inquam, & terminare meos labores in hac vltima ætate procul tam a negotijs, & ob reuerentiam tanti Pontificis, ac defensionem S. Romanæ Ecclesiæ cum mea parua funda procera lapidum altius exordiendo, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, cons-

humi-

humiliter rogando, vt factum illius, virtute omnipotentis Dei, taliter fenat, quod omnibus dirutis, & in terram conflictis Domini Veneti nobilissimi, ac sanctæ Romanæ Ecclesiæ perpetui defensores resipiscant, veritate cognita, ac igne concrematis seductoribus, deceptoribus, ac Catholicæ Sedis persequutoribus ad pedes Sanctissimi recurrant diffusis lacrymis, humilibusq. precibus misericordiam implorent.

Et quia maior pars scriptorum ex aduerso, quę vidi, venenum latenter continent, & hæc fuit intentio oppugnandi Summi Pontificis potestatem, & è contra, quod est monstruosum illam tribuendi Principibus secularibus, quod hucusque inter Catholicos non fuit auditum, nec quoquo modo prętensum, propterea, & si hæc sint extranea à casu, in quo versamur, tamen patienter substineant, vt de hac summa potestate in primis verba faciamus, fundando breuiter prius quam habuit Christus in terris, & demum, quam transmisit in Petrum eius Vicarium, illiusq. successores, vt ea cognita, veniamus ad decisionem validitatis, aut nullitatis statutorum, ac prærensæ potestatis cognitionis Ecclesiasticarum personatum.

Et ædificando super eodem fundamento, quod in principio scriptorum ex aduerso legi, dico, quòd cum omnis potestas sit à Deo, & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, Paulus ad Roman. 13. reliquum est videre, in quę Deus omnipotens potestatem hanc plenam, & omnimodam contulerit, vt mundus per eam taliter regatur, quod ad illum æternæ vitę supernaturalem finem mortales homines perducerentur.

Et loquendo secundum communem scholam Catholicorum, ac antiquorum Patrum traditiones insectando, quæ venerandæ, obseruandæ, & sequendæ sunt, dicit Innocentius Tertius in cap. quanto de translat. Epis. ibi, sicut testatur antiquitas, cui decreta Patrum sanxerunt reuerentiam exhibendam, & idem Nicolaus Papa in can. conquæstus 9. q. 3. ab illorum igitur institutis, & dogmis non discedendo, præsupponо Deum immortalem à principio mundi, ipsum sua om-

nipo-

dipotenti manu omnia rexisse, administrasse, & gubernasse, vsque ad tempus Noe, quo coepit creaturas suas regere per manus ministrorum, & sic duraut vsque ad Christi aduentum filij ipsius vnigeniti, veri Dei, & hominis, cui data fuit omnis potestas in cælo, & in terra. Matth. 28. quæ potestas non fuit caduca, & temporalis ad modum aliorum Regum, nec introducta per homines, sed altioris cuiusdam ordinis à Deo immediatè manans in res omnes creatas, & super omnes omnium hominum, & Angelorum actiones, quæ proinde media erat subdita potestati diuinæ superior cuilibet alteri potestati creatæ, vt eleganter præ ceteris tradit Suar. 3. par. tom. 1. disp. 48. sect. 2. & re vera huiusmodi potestatis plenitudo apertè colligitur ex alleg. loco Matth. ponderando verbum illud, omnis, quod refertur tàm ad cælum, quàm ad terram, & Ioan. 13. Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & Lucas 10. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo, & ad Hebræos 1. Quem constituit hæredem vniuersorum, dictio enim omnis, includit omnia, & nihil excludit ad tex. in l. à procuratore. C. mandati in l. Iulianus. ff. de leg. 3. cum alijs latius cumulatis per Dec. in l. omnia. ff. si cert. pet. & tantum valet explicatio illius generis, seu dictionis vniuersalis, quo ad omnia, quantum enumeratio spetierum, vt comprehendat omnia. Bald. eleganter post Cyn. & Butr. in l. omnes. C. de præscript. 30. annorum, vbi etiam Salyc. text. notabilis in l. si duo in fin. ff. de administr. tut. Hinc, & si in dispositione generali non veniant feuda ex regula tex. in cap. in generali, si de feu. de fu. mil. tamen si addatur dictio, omnis à potestatem habente disponendi, tunc omnia veniunt, vt per Affict. in Constit. Regni incip. Comes, & Baro nu. 78. latè per Capic. in sua inuestitura feudali in verb. feuda bonorum. moder. addentes ad Iserniam in d. cap. in generali, quod optimè docuit Apostolus ad Hebræos 2. de Christo, exponens illum Psalm. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius, subdens immediatè, in eo enim, quod omnia ei subiecit, nihil omisit non subiectum ei, adeoq. ex Apostoli mente dictio illa omnis comprehendit simpliciter quæcunque, vt cum ad

epistol.

epistol. ad Corinthios cap. 15. eundem locum Psalmi recte exposuisset, ne quis putaret per dictionem illam omnia, intelligi etiam Deum, propterea signanter à Christi dominio, & potestate Deum excepit, subdens hæc verba, cum autem dicat omnia subiecta sunt et, sine dubio præter eum, qui subiecit ei omnia.

Et in Psalmo 71. Dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum, & in Psalmo secundo: Postulà à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ, & ibi, Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis, Reges Tharsis, & Insulæ munera offerent, Reges Arabum, & Saba dona adducent, & adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes seruient ei, & Zachar. 11. Ecce Rex tuus veniet tibi, dominium eius a mari vsque ad mare, & Apocalips. primo: Princeps Regum terræ asseritur, atque in cap. 19. dicitur, quod habet scriptum in vestimento, & in femore, Rex Regum, & Dominus Dominantium, ob quod Diu. Thom in opusc. de regim. princ. lib. 3. cap. 12. 13. & 14. tradidit Christum Dominum nostrum secundum humanitatem fuisse Monarcham, & habuisse omnem in cœlo, & in terra potestatem, vt ibi latius per eum, assignans rationes, quare Christus Dominus cũ dominium omne habuerit, in tanta paupertate, & humilitate viuere elegerit, & idem tenuit. 3. par q. 54. art. 4.

Et Beatus Bernardus lib. 3. de consideratione ad Eugenium ibi, dispositio tibi credita super orbem, non data possessio, non tu ille, de quo Propheta ait, & erit omnis terræ possessio eius, Christus hic est, qui possessionem sibi vendicat, & iure creationis, & merito redẽptionis, & dono Patris, cui dictum est: Postula à me, & dabo tibi gẽtes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ, possessionem, & dominium cede huic, tu curam illius habe.

Conueniebat ob excellentiam, & eminentiam personæ, & ob causam conuersionis, & redemptionis totius mundi, habere essentialiter omnem potestatẽ supra omnes, & de omnibus siue spiritualibus, siue temporalibus, vt homines ex

pote-

poteſtate magna in cælo, & in terra illi credetent, & ex non vſu illius voluntario, ipſiuſq. abiectione humillimam, & pauperrimam vitam ducendo, eſſet omnibus ſic exemplo, vt infidi huius omnia negligetent, & ad vitam æternam greſſus dirigerent, & iter arriperent, vt docet Paul. 2. ad Corinth. 8. Scitis, inquit, gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cum eſſet dines, vt illius inopia diuites eſſetis, & ſi hæc poteſtas non erat in Chriſto, ſanè paupertas, & abiectio illius non videbatur tam commendanda, & tàm admiranda, quanta fuit, quia ſi nihil habebat, nihil poterat attribui voluntati non dominandi, ſed quia habuit, & noluit, in hoc fuit admirabilis, oſtendendo ſe verum Deum, & hominem ſupra alios homines, relinquendo nobis exemplum, vt ſicut ille fecit, & nos faciamus, vt per Diuum Cyprian. in can. Dominus, diſt. 93. ibi, quæ omnia ab eo ideò facta ſunt humiliter, atque patienter, vt nos humilitatis, & patientiæ haberemus exemplum, & non ex eo, quia noluit excteere, propterea non erat iam omnium Dominus, omnēq. poteſtatem non habebat, cum regula ſit Iuris ſatis notoria, ex conceſſione ſupremorum Principum, ſtatim abſque alia traditione, nec poſſeſſionis apprehenſione dominium queri, vel ius, iuriſdictionem, ſeu poteſtatem, & quicquid cōceſſum eſt, eſt enim cōmunis limitatio ad tex. in l. traditionibus, C. de pactis, & in l. quoties. C. de rei vendic. vt ex Bald. & aliis innumeris habetur ibi per Iaſ. latiſſimè. Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 19. maximè ſi hoc ſit de poteſtatis plenitudine, & ex cauſa publicæ vtilitatis, poſſunt Reges, Imperatores, Pontifices, & Principes ſuperiorem non recognoſcentes, tollere dominia, & facere quicquid melius ipſis videbitur expedire, iuxta latè tradita per Canoniſtas, & præcipuè Felin. & Dec. in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtit. & data acquiſitione, poteſt ex poſt facto reſidere dominium, ſeu iuriſdictio abſque illius exercitio, deciſio eſt Synodalis ad propoſitum Bald. in cap. paſtoralis in fin. extra de reſcript. per tex. in l. qui furere. ff. de ſtatu hominum, elegantèr Abb. in cap. volentes, de off. leg. & ſic habito reſpectu ad voluntatem do-

hæc

mini,

mini, non deducendi in exercitium potestatem sibi à patre datam, bene procedit dictum illud: Hostis Herodis impie, Christum venire quid times, &c. licet ex alio capite vana sit ponderatio, si contra potestatem supremam Christi fiat, nàm cum potestas non sit aliud in casu, de quo tractamus, quàm facultas alicuius auctoritatem, & eminentiam habentis super alios ad eorum regimen, & gubernationem, vt ex Victoria, Nauarra, & alijs refert, & tradit Molin. de iust. tract. 2. disput. 21. propterea non erat hæc potestas ad tollenda dominia Regnorum, ceterarumq. rerum, quas Deus hominibus mundi concesserat, sed sicut Deus potestatem hanc super omnes habebat, ita data propositione eius filius in quantum homo, sicut dicimus de iurisdictione vniuersali Imperatorum, & Regum, quam in ipsorum dominijs exercent tanquam Domini in vniuerso, respectu iurisdictionis, gubernationis, & Imperij, non autem quoad particulare dominium rerum singulorum, de quo per glos. Bar. & communiter scribentes in proh. ff. per Abb. in cap. venerabilem de elect. & in cap. solitæ de maior. & obed. vbi communiter Canonistæ, glos. Yserniæ, & scribentes in proh. const. Regni latè Loss. in cons. 4. sic intelligendo tex. in l. deprecatio. ff. ad l. rhod. de iactu, quæ tanquam notoria omittimus.

Et quamquam hæc veritas sit inter Theologos maximè recentiores disputata, est tamen ab antiquis, & grauibus Theologis, etiam recentioribus defensata, & approbata, vt ex congestis per Molin. apparet, vbi supra in 28. quæst. in principio. & ibi quinta conclusio. & est communis opinio Canonistarum, incipiendo ab Innocentio Quarto Pontifice Maximo in d. cap. licet ex suscepto de for. compet. vbi Host. Ioan. And. Bellem. & omnes, & Barbat. in cap. nouit de iudic. dum tractauerunt de potestate Pontificis, & de vtroque gladio penes eum residente, de potestate, quam habet deponendi Imperatores & Reges, de cognitione temporalium in casibus suis, & administratione omnium (Imperio, ac Regnis vacantibus) qui Innocentius post firmatam conclusionem potestatis Pontificis, hæc subnexit verba.

Sed

Sed dicet aliquis, hoc Summi Pontifices ſtatuere pro ſe (Vnde cùm non ſine culpa lactilegij loquantur) non eſt ſibi tanta fides adhibenda. ff de interg. act. l. de uxore. §. 1. ſed ſi diligenter attendant, quod dicunt, veri ſacrilegij pœnam incurrunt, quod vt melius intelligas prænotata, nota, quòd Deus creauit in principio cælum, & terram, & omnia quæ in eis ſunt, Angelicam, & humanam creaturam, ſpiritualia, & temporalia, ipſeq; per ſe ipſum rexit, ſicut factor rem ſuam gubernat, & homini, quem fecit, præcepta dedit, & tranſgrediendi pœnam impoſuit, vt in Geneſ. 2. Ex omni ligno, &c. ipſis etiam peccantibus pœnam impoſuit per ſeipſum, ſcilicet Adæ, & Euæ, Geneſ. 3. mulieri quoque dixit &c. &, ibi, Adæ verò dixit, &c. qualiter autem Cain puniuerit, & Lamech, & Cham, & quoſdam alios, in eodem libro Geneſ. 4. & 5. legitur, & ſic recto mundo per ipſum Deum, vſque ad Noe, & tempore Noe cœpit Deus creaturas ſuas regere, per miniſtros duros, primus fuit Noe, de quo, quòd fuerit rector populi ex eo apparet, quòd ſibi Dominus gubernationem Archæ, per quam Eccleſia ſignificatur, commiſit, Geneſ. 5. & 6. cap. item quia etiam Dominus Noe, & filijs rectoriam, & legē ſibi dedit, Geneſ. 9. de Noe etiam, licet non legatur Sacerdotem fuiſſe, officium tamen exercuit ſacerdotis ſtatim poſt ingreſſum Archæ, ante quam leges populo daret, Geneſ. 8. ædificauit autem Noe, quòd officium Sacerdotis ſimul Abel, & Cain primi fecerāt, in hac aurē Vicaria ſuc ceſſerūt Patriarchæ, Iudices, Reges, Sacerdotes, & alij, qui p tēpore fuerunt in regimine populi Iudæorum, & ſic duraut vſque ad Chriſtū, qui fuit naturalis Dominus, & Rex noſter, de quo dicitur in Pſal. Deus iudiciū tuum Regi da, &c. & ipſe Ieſus Chriſtus Vicariū ſuum cōſtituit Petrum, & ſucceſſores ſuos, quando ei dedit claues Regni cęlorū, & quando dixit ei Paſce oues meas, licet in multa diſtincta ſint officia, & regimina mundi, tamen quandocunque neceſſe eſt ad Papā recurrendū, ſiue ſit neceſſitas Iuris, quia Iudex dubius eſt, quā ſententiam de iure proferre debet, vel neceſſitas facti, quia alias non ſit Iudex Superior ſiue facti, puta, quia de facto

minores iudices non possunt suas sententias exequi; vel nolunt, vt debent, iustitiam exercere infra, qui fil. sint leg. per venerabilem. Hæc Innocentius, & volui transcribere omnem eius doctrinam, nam bene considerata deseruit ad multa circa potestatem Pontificis, de qua tractabimus inferius.

Hanc conclusionem firmauerunt communiter Canonistæ etiam in cap. nouit de iudic. dum inter cetera argumenta, quæ adducunt, quòd in Pontifice sit vterque gladius, est ille, quod Christus vsus est temporali gladio, dū eiecit ementes, & vendentes, &c. & consequenter, quòd hic gladius sit in Pontifice, tanquam ipsius Vicario, quod per prius docuit glos. in can. cum ad verum 96. dist. vbi notabiliter Card. & Turrecr. in quo quæso aduertatur, nam dum qui contrariam opinionem tenuerunt, & voluerunt huic argumento, & alijs supradictis respondere, dixerunt communiter absque discrepantia, in Christo omnem potestatem temporalem fuisse, quatenus illa deseruiebat spiritualitati, & quod in hoc habuit potestatem, & gladium temporalem super Reges, omnesq. mundi personas, ergo necessaria erat temporalis potestas propter finem supranaturalem, & spiritualem, & ob id fuit concessa, & quatenus verò finis spiritualis fuerit causa concessionis, hoc non facit potestatem non esse concessam, sed est dare causam, & rationem concessionis, quæ non diuersificat id, quod conceditur, sed causæ, & rationes sunt inductiuæ ad concessiones faciendas, & propterea dicunt Iura, & Doctores, quod sunt qualitates, quæ non diuersificant potestatem, seu iurisdictionem, dominium, seu possessionem glos. in §. fin. instit. de iur. person. tex. elegans in l. 3. §. è contrario. ff. de acq. poss. & quæ latius in illo tex. notat Ias. in 5. notab. num. 20. & hæc non esset limitatio potestatis, sed limitatio vsus, quæ non cadit in Christum Deum, & hominem, cui simpliciter absolutum dominium, & potestatem Scripturæ tribuunt. Contra verò in Pontifice puro homine, & in hoc etiam est donum excellentiæ in Christo, qui habuit posse, & velle, quod vtrumque non transmisit in Pontifice, sed tantum posse, velle tamen dedit limitatum, vt infra latius

discur-

diſcurremus, & in eo conſiderabitur vſus dimitatus tempo-
ralis gladij, quæ elegantet pertractat Turrecrem. in allega-
can. cum ad verum 96. diſt. tenens indubitatè Chriſtum
Dominum noſtrum omnem habuiſſe poteſtatem, & re vera
non facisfacit prȩallegatis auctoritatibus Scripturæ, qui dicit
Chriſtum habuiſſe tantum poteſtatem indirectam, & limita-
tam ad finem ſpiritualem. Nam hæc poteſtas à poteſtate
ſpirituali non diſtinguitur, quæ cum Sacerdotio coniuncta
eſt, à quo neque diſtinguitur Regnum merè ſpirituale, at ſu-
pra citatę Scripturæ teſtimonium tribuunt Chriſto digni-
tatem Sacerdotis, & Regis tanquam diſtinctas, quod idem
confirmat Auguſt. tract. 13. in Ioan. ergò aſſignãda eſt Chri
ſto non indirecta tantum, ſed & directa poteſtas in vniuerſũ.

Nec obſtat, quod Chriſtus dixerit Pilato Regnum ſuum
non eſſe de hoc mundo, & alibi, quòd non erat Iudex con-
ſtitutus, quodque in Scripturis ſermo eſt de Regno ſpiritua-
li, & dicitur Regnum æternum, cuius non erit finis, quodq;
nõ diſſipabitur, quæ omnia videtur repugnare ſupra firmatis.

Primò, quia cũ vere Chriſtus Dominus noſter noluerit re-
gnare tẽporaliter, & poteſtate omni ſibi à Patre tradita, vti,
bene reſpondit Pilato ſecundum interiorem voluntatem,
illiuſq; effectualem exequutionem reſpectu finis ſupranatu-
ralis, propter quem dignatus erat in mũdum venire ad illius
redemptionem faciendam, cum finis ſit cauſa Cauſarum in
intentione, effectuſq; illarum in exequutione, de quo latius
per Io. Monacum in prȩfatione 6. decret. reſpondit, inquam
quod regnum ſuum non erat de hoc mundo, quia effectiuè
pauperem, & humiliſſimam vitam ducendo, regnare noluit,
& ſi potuiſſet, voluit honores, dignitates, dominia, & omnia
abijcere, quia ſic iudicauit expedire humanæ redemptioni.
Vnde quid mirum, quod in actu paſſionis dixerit Regnum
ſuum non eſſe de hoc mundo, ſi regnare recuſauit in terris,
& ad cæleſte regnum prope erat aſcenſurus, & hic eſt com-
munis ſermo, quando perſonę ſunt in extremis prope mortẽ,
vel quando Chriſtianã vitam ducendo ab hoc mundo certo
modo ſequeſtrantur. Dicunt. n. iam non ſum amplius de hoc

mun-

mundo,& hic est germanus, & verus intellectus horum verborum, prout in Individuo declarauit Beatus Thom. 3.par. quest. 59.art.4.ad responsionem primi argumenti, & articulus erat, vtrum Christo conueniat inditiaria potestas quantum ad omnes res humanas, & tenendo opinionem affirmatiuam,competere tam secundum humanam,quàm secundum diuinam naturam, dicit ad primum argumentum, ergò dicendum, quod sicut dictum est, iudiciaria potestas consequitur Regiam dignitatem. Christus autem, quamuis esset Rex constitutus à Deo,non tamen in terris viuens terrenum Regnum administrare voluit. Vnde ipse dicit Ioan 8.Regnum meum non est de hoc mundo.

Secundò,quia Christus Dominus noster prope passionem discessurus à mundo, & reuersurus ad Patrem, habere oportebat omnem vsum potestatis pro derelicto, alias pati non poterat,& cum rogauisset Patrem,vt calix ille ab eo trãsiret, subdens se tamen diuinæ voluntati, quæ erat, vt per passionem,& mortem eius mundus redimeretur,& fit quod ipse in Iudæorum potestatem se committeret,dixerat.n.Iesus, verumtamen non mea, sed tua voluntas fiat. Vnde dicitur,passus est,quia ipse voluit, ideirco rectè dicit Pilato,non haberes in me potestatem,nisi tibi datum esset desuper, quia iam ex determinatione mortis per Patrem facta, concurrente ipsius Filij voluntate, omnis potestas, quoad illum passionis actum,fuit ex permissu Dei,& voluntate Christi occupata per Pilatum.Hinc dicit Dominus, hæc est hora vestra, & potestas tenebrarũ,quod sic senserunt Chrysostomus,& Cyrillus,ad quod faciunt etiam illa verba, Deus, Deus meus, vt quid me dereliquisti ? si ergo necesse erat exui omni potestatis vsu ad obedientiam Patris faciendam, & propterea habuit eum pro derelicto, non ne notorium & indubitatum est,quod rerum,quæ pro derelicto habentur,dominium petditur? vt docuit Vulp.Turrec.in l.prima ff.pro derelic.inquiens,si res pro derelicto habita sit, statim nostra esse desijt,& occupantis fit, & cõsequenter interrogatus à Pilato, verum, & proprium responsum dedit,dicendo regnum suum nõ esse

de

de hoc mũdo, quia habebat pro derelicto, ſcilicet quoad vſũ, quod indubitatum reddit dictio illa, nunc: nam etſi primo ſimpliciter dixerat, ſequitur poſtea in eadem oratione, ſi ex hoc mundo eſſet Regnum meum, miniſtri mei vtiq. decertarent, vt non traderer Iudæis, nunc autem Regnum meum non eſt hinc, volendo ſe ex hoc declarare, & aduertere Pilatum, quia, & ſi dixerat regnum ſuũ non eſſe de hoc mundo, tamen nunc regnum meum nõ eſt hinc, ponderando dictionem, nũc, quæ præſens tempus ſignificat l. ſi ſeruitus. ff. de ſeruit. vrb. prę d. §. quia igitur, in auth. de defenſ. Ciuit. & eſt aduerbium præſentis temporis ad differentiam eius, quod hactenus erat factum tex. eſt in can. iam nunc, vbi glo. 28. q. prima, & aduerbium hinc importat dicere ab hoc tẽpore, in antea glo. magiſt. in l. placetin ver. ab hinc C. de ſacroſ. Eccl. quã ad propoſitum allegat Alex. in conſ. 75. n. 2. vol. 4. Vnde ſe declarando dixit, nunc regnum meum non eſt hinc, ſcilicet ex nũc in antea, videlicet vſq. ad reſurrectionem per dictionem illam, hinc, & quod fuit in præteritum per dictionem illã nũc. & ponderando etiam verbum illud, autem, aduerſatiuum de ſui natura præcedentibus ad tex. in l. fin. C. de adult. in l. hoc autem. §. de his autem. ff. de damn. infect. in l. tranſigere, C. de tranſact. & geminatio, & replicatio eorundem verborum, oportet vt ſit miſteriosè, & maioris efficaciæ ad tex. in l. baliſta, vbi glo. & doct. ff. ad treb. in cap. ſi cautio de fid. inſtrum. vbi Canoniſtæ, & ſi hæc verba non ſtarent declaratiuè eo modo, quo eapoſuimus, eſſent inutilia, & ſuperflua, quod minimè dicendum eſt, maxime in Chriſto, iuxta regulam tex. in l. ſi quando de leg. 1. vbi Bart. & ſcribentes, & dixit Bal. in rubr. C. de contrah. empt. nu. 16. quòd nec etiam minimum verbum debet in contractu eſſe inutile, ſed operari, vbi allegat iura concordantia, & contractus erat iſte, de quo tractabatur, nam venditus fuit Chriſtus per Iudam, & Chriſtus interuenit in venditione, quia aſſenſit permittendo, & abſque ſuo aſſenſu, ſeu permiſſione, contractus non perficiebatur.

Quæ clarè facit interrogatio Pilati, & reſponſio Chriſti, dum

dum Pilatus interrogauit Iesum, si erat Rex Iudæorum, & ipse respondit, Tu dicis, & sic fatetur, & acceptat interrogationem, nam responsio intelligitur, & declaratur secundum interrogata, iuxta tex. in §. præterea inst. de inut. stipul. latè per Felin. in cap. inter dilectos de fid. instr. col. 3. in fin. Vnde si verba illa, Regnum meum non est de hoc mundo, non intelligerentur, vt supra, verba hæc essent contraria, & sic voluit verè Pilato ostendere se Deum, præsupponendo habere Regnum in alio mundo, esse Regem Iudæorum, dicendo, tu dicis, illudq. renuntiasse quoad vsum, & habuisse pro derelicto dicendo, nunc autem Regnum meum non est hinc, & licet regnum habuerat pro derelicto, & renuntiauerat, benè respondit Pilato ad interrogationem præsentis temporis, quod erat Rex Iudæorum, nam non ex eo quia Regni vsum deposuerat, propterea Rex esse desinebat, siquidem si quis deponit officium, dignitatem, iurisdictionem, & administrationem, retinet filijs Marchionatus, Principatus, Regna, vel alio modo a illis se abstineat, quando non ex delicto, aut culpa retinet adhuc nomen, & priuilegium, licet non habeat administrationem, de quo per Io. de Platea, & Rebuff. in l. 1. C. de prox. sacr. cubic. l. 10. Andr. de Ysernia, & Afflict. in cap. 1. de feu. march.

Tertiò, si non potest controuerti, quin Pilatus, & Iudæi loquuti fuerint cum Christo, & aduersus Christū de Regno temporali huius mundi, & tota inquisitio Christi per Iudæos facta in hoc consistit, quod voluerit se facere Regem huius mundi, hinc in ludibrium posuerunt super caput eius coronam de spinis, dederunt ei arundinem in sceptrum, induerunt veste purpurea, dicentes: Aue Rex Iudæorum, & hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, prohibentem tributa dari Cæsari, & se Christum Regem esse, & Pilatus loquens Iudæis, vultis dimittam vobis Regem Iudæorum, & ibi, ecce Rex vester, & dum illi dixerunt, Crucifige, crucifige, rursum Pilatus, Regem vestrum crucifigam? at illi responderunt, non habemus Regem, nisi Cæsarem, & qui se regem facit, contradicit Cæsari, & dum de Cæsaris dominio

tracta-

tractatur, non est dubium de temporali Regno tractari; igitur Pilatus, Iudæi, & Iesus, dum Pilato respondit, tu dicis, de Regno hoc intellexerunt, & inscriptio in Cruce facta, pariter hoc clarè facit, Hic est Rex Iudæorum, quam tollere institerunt Iudæi ob præiudicium, quod parare poterat ad dominationem Regni temporalis, siquidem similes inscriptiones in publicum factæ, plenam probationem faciunt in antiq. gl. in c. cum causam de probat. latissime per Aym. de antiq. temp. in vet. 8. limitario, n. 12. & cum Pilatus Iudex mandauerit apponi, & reluctantibus Iudæis noluit tollere, sed dixit, quod scripsi, scripsi, scriptura talis plenè probabat, vt latè per Felin. in d. cap. cum causam n. 8. ver. item fallit, ob quod dicere oportet verba prædicta habere intellectum secundum interiorem voluntatem, & prolata habito respectu ad tempus præsens, quod deposita omni potestate quò vium omnia reliqueret in manus Patris.

Quartò, verbum illud ministri mei vtiq. decertarint, vt nõ traderer Iudæis, probant Christum regem fuisse, nam ministri ad iniustitiam faciendã, & ad bella monenda non deputantur, nisi à Regibus, & Principibus, à quibus superioribus ista iurisdictiones fluunt, & refluũt, tanq̃ à fonte, dicit Bal. in cap. 1. quis dicat Dux, & in cap. 1. de allodis, cum suis concordantijs, nec potest dici minister, qui à Superiore talem auctoritatem non habet, vt declarat tex. notab. in can. quicunq. percutit 23. q. 8. cuius verba sunt infrascripta, & ad propositum nostræ intentionis.

Quicunq. percutit malos in eo, quod mali sunt, & habet causam interfectionis, minister Dei est, qui verò sine aliqua publica administratione malefitij, furem, sacrilegum, & adulterum, periurum, vel quemlibet criminosum interfecerit, vel membris debilitauerit, vt homicida iudicabitur.

Probat igitur tex. quod verè minister dicitur propriè, qui gladium temporalem exercet ex Superioris mandato ad id potestatem habentis, & alibi probatur, quod ministri dicuntur omnes hi, qui Domini mandata exequuntur, vt can. dominus noster 23. q. 2. ibi, sed hoc genus belli sine dubio iustum

stum est; quod Deus imperat, qui nouit quod cuiq; fieri debeat, in quo bello Ductor exercitus, vel ipse Populus, non tantum auctor belli, quàm minister iudicandus est.

Cum igitur Christus dicit, nunc Regnum meũ nõ est hinc, nam si esset de hoc mundo ministri mei utiq. decertarent; vt non traderer Iudæis, probatur, quod habebat ministros ad gladium temporalem exercendum, & sic Rex pondetando illud verbum, ministri, vt supra, & verbum, mei, quod importat proprietatem, & dominium, l. meorum, ff. de verb. significat. Bar. in l. quintus Murius la 2. ff. de aur. & arg. leg. & quod decertarent, quod sine auctoritate regia fieri non poterat secundum iura prælegata, siquidem omnes iurisdictiones ab ea emanant, & ideò collatio temporalis potestatis inter regalia computatur, de qua per And. de Yser. in tit. quæ sint reg. in ver. potestas per illum tex.

Quintò, non dicit Dominus, regnum meum non est in hoc mundo, sed non est de hoc mundo, dictio enim, illa, de, significat causam proximam, & immediatam l. 1. §. nunc videamus. vbi Bar. ff. de coniug. cum emanci. lib. Bald. in l. prioribus C. ad l. aquiliam, latius, Dec. in rub. ff. si cert. pet. & sic voluit dicere Regnum meum immediatum, & proprium non est de hoc mundo, quia est illud diuinum, quod mihi competit simul cũ Patre, at occasione incarnationis factus homo ad nostram redemptionem venit in hunc mundum, & sic Rex est mundi, modo quo supra causatiuè, & mediatè propter causã prædictã, & hanc considerationem, & differentiam, quod non dixit in hoc mũdo, reperi postea fecisse Stef. Anfr. in cle. 1. de off. ord. vbi hanc nostrã opinionẽ firmat n. 39. ver. ad decimũ.

Sextò, vt Diuus Chrysostomus optimè comprobat relatus per Turrec. in can. cum ad verum 96. dist. dicens, Regnũ meũ, idest potestas mea, & auctoritas, qua sum Rex, non est de hoc mundo, idest nõ habet originẽ ex causis mundanis, & electione hominum, sed aliunde, scilicet ab ipso Patre Daniele 7. potestas eius æterna, quæ non auferetur, & Regnum eius, quod non corrumpitur, quam auctoritatem Turrecr. adducit ad demonstrandum Christum Dominum nostrum verè

Re-

egem fuisse huius mundi.

Septimò, non est de essentia, nec de necessitate ad finem mundandi temporalem potestatem Superiorem, & vniuersalem in Christo, quod fuerit Rex, & habuerit Regnorum dominium, nàm, vt supra diximus, potestas consistit in facultate alicuius habendi auctoritatem, & iurisdictionem super alios ad ipsorum regimen, & gubernationem, aliud est n. dominium, & aliud possessio, & aliud iurisdictio, seu Imperiū, nihil n. commune habet possessio cum proprietate dicit tex. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poss. ff. & proprietas iurisdictionis nihil commune habet cum proprietate fundorum, dixit Bal. in l. à Procuratore C. mand. in principio, ob quod habere Imperium, & iurisdictionem, non infert hoc ad dominium, dicit Dec. in cons. 538. vt diximus de Imperatoribus, & Regibus, q̄ iurisdictionē vniuersalē habene in suis Imperijs, & Regnis, sed non dominiū particulare, quæ per prius tradidit Bal. in cap. fin. quib. mod. feu. am videlicet q̄ aliud est habere dominium terrarū, & aliud iurisdictionem, vt videmus in Magistratibus, & alijs, de q̄nibus in lege Imperium, ff. de inrisd. omn. Ind. Cumq. hanc facultatem, seu gladium temporalem habuerit Christus (dicunt omnes) propter finem Spiritualem, ergo nil commune ad quæstionē positam, si regnauerit, vel non regnauerit, & si datur huius potestatis potentia in Christo, nihil refert ad quem finem, nam non per hoc dimidiatur, alteratur, aut transformatur, si in orta ipsius integrale hoc temporalis potestatis diminutum, aut limitatum non repetitur, quod in Christi persona non decedat, & propterea minimè ordinatum, quia filius Dei viui excellentior, perfectior, & eminentior omnibus creaturis, & impeccabilis, leges mundo dare debebat, & ad æternā vitam actus omnes, nostrosq. dirigere gressus, ob quod si diceremus, limitatam habuisse poreſtatem, daremus subtractionem partis illius, & consequenter non perfectè datam, cum non sit aliquod perfectum, nisi ex omnibus suis partibus ad tex in l. 1. ff. de orig. iu. nec diceretur verè tradita, seu concessa potestas ex detractione partis, vt docet glos. ma-

gis in cap. 1. de capit. qui cur. vend. quæ allegat sibi peculiaria, vt ibi latè per Bal.

Et tandem ad confirmationē prædictorum dicimus, quod Dominus exercuit hanc gladij temporalis potestatem, quando ei visum fuit expedire, quia donec non videtur expedire, nec conuenit taliter conseruatur iurisdictio, quod mille annos non datur illius præscriptio, nec priuilegij amissio, decisio est Synodalis Bar. in l. filijs. C. de decur. libr. 10. vbi bona add. quam sequitur communis, vt per Felin. in cap. cum accessissent de const. & Iaſ. in l. fin. de const. prin.

Dico igitur, quod Doctores cōmuniter in locis allegatis, tàm Theologi, quam Canonistæ dicunt Christum Dominū gladij temporalis potestatem exercuisse, dum eiecit ementes, & vendentes de templo cum flagello de funiculo; nam emere, vendere, & negotiari, nō est de genere prohibitorij, & cuiq. licet, ad tex. in l. dudū. C. de contrab. empt. facere hoc in templo erat inhonestum, & reprehensibile, ista erant personæ laicæ, poterant moneri & reprehendi, sed qua potestate coacta laicos ad eiectionem à tēplo, mediante flagello procedit, & mēsæ oūmulariorum subuertuntur. Hæc non fecit vt sacerdos in laicos, nec erat hoc de necessitate præcisa ad spiritualem potestatem, ergo dum Christus exercuit gladiū temporalem, fecit ex sua suprema potestate, zelo iustitiæ vendicando cum temporali gladio penes ipsum existente in reuerentiam templi.

Sed quid dicetur de muliere accusata, tanquam comprehensa in adulterio, quæ secundum legē Moysis, lapidari debebat, quam Scribæ & Phariſęi ante Dominum adduxerunt, dicentes quid ipsi videbatur, quibus Dominus iudicando respondit, qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat, cumq. vnus post alium recessisset, dixit Iesus mulieri, vbi sunt, qui te accusant, nemo te condemnauit? nemo Domine, neque ego te condemnabo, vade iam noli amplius peccare.

Delictum est temporale, pœna temporalis, persona laica, iudices Scribę, & Phariſæi, & præsupponit Dominus potesta-

tem

non habere iudicandi, poſtq̃ iudicat, dũ dicit Scribis, & Phariſæis audito facto, qui primus veſtrum, &c. & ſecundo loco iudicat mulierem dimittendam eſſe, & dum dixit, neque ego te condemnabo, ergo poteſtatem habebat condemnandi, cũ priuatus præſupponat habitum ad tex. in l. decem. ff. de verb. oblig. & dimiſſio fuit tanq̃ iuſtus iudex, nam de facto informatus, accuſatoribus deſiſtentibus, nulla alia precedente cõdemnatione, nihil legitimè conſtabat, non habuit illam pro innocente, non cõſtabat taliter, quod eſſet locus condemnationi, fecit propterea id quod proprium eſt Iudicum, quando de delicto non conſtat, nec abſoluere, nec condemnare, ſed reum relaxare, & dimittere, nam dicit Gregorius Papa in can. graue 11. quæſt 3. graue ſatis eſſe, & indecens, vt in re dubia certa detur ſententia, & hæc eſt communis practica, de qua late per Couar. var. reſol. cap. 1. poſt nu. 8. verſ. forma autem Farin. in tit. de inquiſit q. 4. n. 24.

Et ſi volumus dicere, quod Chriſtus dicit audito facto, quod ex eo quia nõ erat aliter condẽnata hæc mulier, quod nec ipſe condemnare volebat, ergo nõ iudicauit, replicatur, vt dictum eſt, quod ſaltem manifeſtat in his verbis habere poteſtatem iudicandi, ſed nolle vti, quod confirmat noſtram opinionem.

Ex quo fit, quod nõ obſtat illud Lucæ 12. cum'lis, ſermoq. eſſet de temporali hæreditate, & Chriſtus noluit iudicare requiſitus, dicendo, ò homo, quis me conſtituit iudicem, & deciſorem inter vos, nam ex conſideratione antecedẽti, quod vel iudicauit, vel declarauit habere poteſtatem iudicandi, verba hæc ſuum recipiunt intellectum, non. n. negauit habere in ſe potentiam hanc iudicandi, ſed in illa cauſa quis eũ conſtituerat iudicem, vt iudicare compelleretur, ſi omnia erant in ſua voluntaria poteſtate, qua poteſtate vtebatur in arduis, vt fuit factũ adulteræ. ſed hæc erat quæſtio de hæreditate, q̃ non conueniebat Chriſto Domino noſtro Regi ſuper omnes Reges, ſicut dicit B. Bernardus, ſcribens ad Eugenium Papam, quia indignum vos talibus inſiſtere, &c. & ſic videmus Pontifices, Reges, & magnos Principes in ſum-

ma

ma potestate constitutos, non aliter iudicare, non ex defectu potestatis, sed qa non decet, sed benè in arduis, casu succedẽte, & hoc est, quod supra notatum est, & dum quis non vtitur iurisdictione, quia non expedit, seu non conuenit illa, conseruatur, & non datur præscriptio, aut aliter amisso illius ex non vsu.

Omnem enim potestatẽ habuit Dominus Iesus, vt est supra demonstratum, & signanter iudicandi auctoritate Beati Thomæ, & Diui Cypriani in can. Dominus 93. dist. ibi, Dominus noster Iesus Christus Rex, & iudex, ac Deus noster, vsque ad passionis diem seruauit honorem sacerdotibus, & Pontificibus &c. & sic Deus Rex, & Iudex, cum quo concluduntur omnia, sed quia regnare, iudicare, & omnia reposita erant in sua potestate ex voluntate Patris, quæ iudicandi potestas, est effectus exercitij iurisdictionis dependens a suprema potestate iurisdictionem habentis: nam in Papa, Imperatore, Rege, & in omnibus, in quibus residet iurisdictio, prius est potestas, quam exerceatur ad actum, & est in terminis à quo, & in dante est Iudicis dandi potestas, sed prout est in termino ad quem iudice dato, est iuris dicendi potestas, quæ postmodũ, mediante Iudicis organo deducitur ad actũ, & exercitium, verba sunt Io. Monaci grauis, & antiqui Doctoris in cap. statutum de rescript. in 6. quem allegat, & exornat Bal. in l. 1. C. si à non comp. iud. n. 2. dicẽs, quod iurisdictio differt ab officio Iudicis, sicut differt habitus ab actu, & sicut differt homo in otio à seipso operato, prout in simili. Idem Bal tradit in l. cunctos populos n. 18. C. de sum. Trin. & fid. Cath. dicens Ecclesiã curatã parrochianos non habere ẽ esse in habitu curatam, sed illis constitutis recuperat actũ, quia egreditur de potentia habitus, ita quod datur facultas, & potentia iurisdictionis præcedens, & præexistens in persona, & iudicare demum est exercitium illius, & deducere potentiam ad actum, & propterea, vt supra fundatum est, datur iurisdictio sine exercitio.

Sequitur ergo ex prædicta quod iudicare, vel nõ iudicare nihil deseruit ad effectum potentiæ temporalis potestatis in

Chri-

Chriſto, quæ potentia poteſt, vel non poteſt deduci in exercitium, quod eſt officium iudicantis ad habitum illius, in quo reſidet, & hac poteſtate noluit vti dominus, quando viſum fuit non expedire, & & non per hoc iuriſdictio, ſeu poteſtas denegatur in eo, & notetur, quod dum Beatus Thomas ſuper hac quęſtione dixit, quod habuit poteſtatē, ſed noluit exercere, & ſic confirmat noſtram opinionem, tamen non eſt contrarius in eo, quod diximus, quod iudicauit factū xdulteræ; nam ſua quęſtio miſterioſe eſt poſita 3.p.q.49. art.4. vtrum Chriſto conueniat iudiciaria poteſtas quantum xd omnes res humanas, & ſic appoſuit verbū, omnes, & tenuit habuiſſe', ſed non exercuiſſe, ſcilicet quantum ad omnes res humanas ſentiens, quod in aliquibus exercuit, ſed non in omnibus, vt ſic ex his concludamus, vel exercuiſſe in aliquibus, ex quibus ſetinetur iuriſdictio vniuerſalis in omnibus aliis, iuxta tradita per Innoc. in cap. 2. de capel. monac. Abb in cap primo de relig dom. & quatenus alij alia exercuerunt, hoc fuit ex voluntate Domini, quia noluit in illis ſe intromittere, vel ſaltem habuiſſe hanc poteſtatem, ſed vti noluiſſe, quod noſtram opinionem firmat.

Quod Scripturæ diuinæ loquātur de Regno ſpirituali multoties, nil ad caſum, & demonſtratum eſt ſupra loqui etiam de hac poteſtate tēporali, & de hoc regno quodq; dicatur, quod Regni eius non erit finis, & durabit in æternum, nil ad quæſtionem, nam per hoc non excluditur habuiſſe etiam poteſtatem huius Regni temporalis, & eſt æternum dominium ſemper ex parte Chriſti, nam deſcendit de cælo in terram, & de terra in cælum Rex ſemper vniuerſorum, & dum in Daniel dicitur: Suſcitabit Deus Regnum, quod non diſſipabitur in æternum, intelligitur illud verbum, Regnum, ideſt Imperium Chriſti, quilibet enim Rex, maximè non recognoſcēs ſuperiorem, dicitur Imperator in ſuo Regno, dicit Bald. in l. exemplo num 7. C. de probat. & Aſſict. poſt Yſet. in proh. conſt. Regni quæſt. 1. Loſſred. in conſ. 1. & verbum hoc, Regnum eſt quid inanimatum, & materiale, quod non patitur, nec dormitationem, nec ſuſcitationem, & ad perſonam Chri-

ſti

sti præcisè non potest applicari, quæ fuit ab æterno simul cū Patre verus Deus, & verbum illud, non dissipabitur, hoc clarè facit, cum personæ Christi non conueniat, intelligitur ergo de Christi Imperio, vt homo in terris, neque intelligi potest de regno diuino, nam illud Christus, vt Deus ab æterno dominatus fuit, prædictumq. regnum, fuit, & erit in æternū, & non conuenit illi verbum suscitabit, nec dissipabit, ergo de Imperio Christi per incarnationem, & aduentum in mundum intelligi debet, & hoc est, quod Deus suscitabit, quod vsque tunc quasi dormierat, licet ab æterno fuisset determinatum, cum non placuerit prius suæ diuinæ Maiestati, iudicando sic expedire ex causis iustissimis relatis per Diuum Thomam par. 3. quæst. 1. artic. 5. & in 3. de sentent. dist. 1. quæst. 1. art. 4. quem refert Dominus Card. Saranus in sua Summa Theologica loco 4. in cap. vtrum conueniens fuerit Deum incarnari ab initio temporis. Erit igitur Imperium æternū ex parte Christi, quia, & si mundus desitiat, non per hoc deficit Christi imperium, quia defectus est ex parte subiecti, quo casu conseruatur interim Imperium, iurisdictio, siue dominium in potentia, dicit Paul. Iureconsultus in l. & Attilicinus. ff. de seruit. rust. prad. vbi concessa mihi facultate ex fonte aquam ducendi, qui exarsit ita quod perijt, defecit et extincta fuit aqua, ob quod per annos multos non duxi, dicit Iureconsultus, quod si postea ex eo fonte aqua fuere cæperit, vti possum priuilegio aquæ ducendæ, ex quo text. sumitur regula, & conclusio Doctorū Dominium, Imperium, iurisdictionem, & omne priuilegium semper durare, quando non stetit per concessionariū illo vti, de quo late per Felin. in d. cap. cum accessissent n. 25. de const. in prima limitat. Iason Iaſ. in d. l. fin. de const. princ. multa elegantia per Andr. de Yser. in cap. 1. §. & iterum si clericus in add. de cap. Conrad. sicut dicimus in monasterio priuilegium habente, vt illo destructo priuilegia retinent, taliter quod illo demum redificato eadem priuilegia habebit, dixit Innoc. in cap. Abbate S. Siluani, vbi bona gl. extra de priu. & Yserni. vbi sup. n. 23. vers. Ecclesia destructa, quæ indubitata sunt, quando

non

non ceſſat ex toto cauſa da præſenti, ſed adeſt ſpes reſuſcitationis in futurum, remanet enim tunc vluum Imperium, ſiue iuriſdictio, ita quod ſi nerũ in eſſe deducatur, illud exerceret tamq̃ præexiſtens, & nunquã extinctum, decis. eſt Abb. in d. cap. Abbate S. Syluani, quod per prius eleganter dicit Bal. in l. 1. C. quando non pet. part. n. 36. dum dicit, quod quando obligatio habet perpetuam cauſam libarationis, tũc nunquam reſurgit, ſed quando non habet perpetuam cauſam, ita quod adeſt, vel poteſt dari ſpes reſuſcitationis, tunc reſurgit non à morte, ſed excitatur quaſi à ſomno, dicit ergo Propheta, quod ſuſcitabit Deus Regnũ, ſcilicet Imperium, quod erat per prius, ſed dormiens, quia non expediebat tunc excitara, vt ſupra diximus, ſuſcitabit Deus hoc Imperiũ viſibile in hoc mundo per Chriſti incarnationem, & aduentum, quod Imperium erat, eſt, & erit ęternum ſuper omnes homines ipſorumque animas, quia regnat Chriſtus Deus, & vtitur iſto modo loquendi, ſicut illud in Pſalmo 43. Exurgat Deus &c. & illud, exurge, quare obdormis Domine, cum alijs ſimilibus. Regnum enim conſtituitur ex hominibus, ſicut Ciuitas à multitudine habitantium, quam non ſaxa, ſed habitatores faciunt, dixit Iſidorus, Azo. & alij, quos refert Dec. in l. ciuitas ff. ſi cert. petat. poſt Alber in ſuo dictionario in var. Ciuitas, & hoc declarauit D. Aug. in lib. de ſermona Domini in monte in cap. 10. tom. 4. ſuper verbo illo, vos eſtis lux mundi, ibi, & hic, mundum, non cœlum, & terram, ſed homines, qui ſunt in mundo oportet intelligi, &c. & Hieronymus in illud Matth. 23. Hieruſalem, Hieruſalem, qui occidis prophetas, Hieruſalem non ſaxa, & edificia Ciuitatis, ſed habitatores vocat. Hoc regnũ, hic mundus, ideſt hi homines, qui conſtituunt regnum, & mundum, & in quibus conſiſtit, peribunt ſed non totaliter, quia ſuſcitabunt in die iudicij cum ijsdem corporibus, vt ſic ſi non datur totalis extinctio ex parte Chriſti, ſed ſupereſt ſpes, imò eſt certa reſurrectio, ſequitur, quod nunquam eſt data Imperij extinctio, & conſequenter Impetium Chriſti, quod in hoc mundo accepit, & ſic regnum ſuum erit in æternum, & nunquam

eius erit finis, nec per mundi extinctionem, sed semper idem remansit, habito respectu ad resurrectionem mortuorum.

Sed & rursus Regnum, seu Imperium hoc Christi, est genus, quod prædicatur de pluribus differentibus specie, iuxta tradita per Bar. & Doctor. in l. legato generaliter de leg. 1. & sic comprehendit Regnum, seu Imperium spirituale, & temporale, cum natura, & qualitate cuiuslibet. Vnde dato, quod deficeret Regnum, seu Imperium temporale ex parte subiecti ex sui natura corruptibili, non deficit spirituale, vt sic dicamus verificari verbum æternum relatoo ad Regnum, seu Imperium, quia spirituale semper permanebit, sic dicimus de Imperio, quod prædicatur de pluribus differentibus specie, & datur genus generalissimum subalternum, & infertus secundum glos. & Bar. vbi supra, & in l. imperium. ff. de iurisd. omn. iud in l. quæsitum. §. si fundum, ff. de fundo instruct. & genus repræsentatur in qualibet sui specie, dicit Bar. in l. quod Nerua in 2. lectur. ff. depos. & verbum illud, æternum, intelligitur, secundum subiectam materiam, vt respectu Regni spiritualis sit secundum suam æternam naturam, & respectu temporalis, pariter quantum eius natura comportabit, sic singula singulis referendo, sicut in Scriptura sacra in lib. Machabæorum, ibi, Tu Dominus vniuersorum, qui nullam habes indigentiam, voluisti templum tuum fieri in nobis, conserua domum istam tuam immaculatam in æternum: & Honorius Papa, dum approbauit Cõstitutiones Imperatoris Federici, dicit, approbamus, & confirmamus tanquam io æternum valituras. Est autem latis notum Theologis, & scripturalibus sæpissimè pro diuturna duratione. Pro sæculo io Scriptura, vt docet præceptis S. Thom. par. 1. quæst. 10. art. 2 ad secundam, sicut dicimus de verbo perpetuo, quod accipitur secundum subiectam materiam, iuxta tex. in l. 1. ff. pro socio, & secundum naturam actus, super quod interponitur. Dec. in cons. 121. nu. 12. Paris. in cons. 100. 4. vol. late. Lucas de Penn. in l. quicumque. C. de sum. rer. priuat. lib. 12.

Quòd verò a nonnullis dicitur, Regnum Iudæ à Roma-

nis

nis primo, deinde à Saracenis, Turcisq. occupatum, de quo propterea non poteſt intelligi oraculum Danielis, in quo Regnum Chriſti non diſſipandum indicit, nullam habet difficultatem contrà ſupradicta, tùm quia non affirmaulmus propheriam illam exponendam de particulari Iudeæ Regno, ſed de toto vniuerſo, tùm quia ſatis oſtendimus regiã Chriſti dignitatẽ, & poteſtatẽ altioris eſſe ordinis, cui nulla terrena poteſtas, aut dominiũ, ſiue iure, ſiue per oppreſſionẽ habeatur, cõtradicit, vltra q̃ ſi Iudeæ regnũ occupatum à tyrannis fuit, nõ ideo ablata fuiſſet Chriſto regia dignitas, & poteſtas, etiã ſi fuiſſet eiuſdem ordinis cum humana dignitate, & poteſtate. Nam dominia à tyrannis occupata non tribuunt ius, & occupatio de facto, veris Dominis dominium non aufert, dicit Bald. in l. male agitur in fin. C. de præſcrip. trigin. ann. Innocen. in cap. 2. de oper. nou. denunc. Yſern. in d. cap. item ſi Clericus, de cap. Conrad.

Nec dicatur vltimò, q̃ per aſcenſum ad Patrẽ Chriſtus regnare deſijt, tùm quia in cælo, & de cælo etiã regnat, tùm etiã quia loco ſui reliquit Petrum eius Vicarium, iux. tradita in clem. 1. de iu. patr. in cap. 2. de transl. epiſ. cum concur. Reliquit inquam Petrum Vicarium, verum Deum in terris repræſentantem in cap. Vnico, vt eccleſiaſtica benef. ſine diminu. conf. rex. elegans in cap. quarto de transl. Ep. ibi, non. n. homo, ſed Deus ſeparat, quos Romanus Pontifex, qui non purus hominis, ſed veri Dei vicẽ gerit in terris, &c. vbi Innoc. dixit conſiſtorium Papæ, & Dei vnum, & idem eſſe cenſẽdũ, quem allegat, & ſequitur Abba. in ſuis quęſt. quęſt. 1. latius Spec. in tit. de legat. §. nunc oſtendimus. Idẽ Abb. in C. omnis anima de cenſ. & in cap. venerabilem de elect. n. 18. & rex. in can. omnes 22. diſtin. ibi, qui Beato Petro æternæ vitæ claui gero, Cæleſtis ſimul, & terreni Imperij iura commiſit, & in cap. ad ap. de ſenten. & re. iud. in 6. ibi cum Ieſu Chriſti vices licet immeriti teneamus in terris, Vicarius enim vicẽ alterius gerit, & iuriſdictionis noſtræ (dicit tex.) ſolet repræſentare reuerẽtiam in l. prima C. de off. Vicarij, & latius in clem. prima eod. tit. per Card, & dum eſt conſtitutus à principali,

eamdem habet potestatem, idem honor ei debetur, & eisdem gaudet priuilegijs, quia propriam principalis repræsentat personam, vt ex distinctione Barth. communiter recepta in l. filius ff. de legat. Alex. late in rubr. ff. de off. eius n. 14. latissimè Purpur. ibidem n. 632. & Cardinalis vbi supra, dicit enim Petro super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, tibi dabo claues regni Cælorum, vt quodcunq; & nõ quemcunq. ligaueris, &c. & demũ post suam sanctissimam resurrectionẽ, dum se manifestauit Apostolis, dixit Petro reiteratis vicibus, Symon, Io. diligis me, amas me, pasce agnos meos, pasce oues meas quæ verba exponens S. Hier. ait. 1. loco mei præpositus esto, quæ eleganter, & succinctè discurrit D. Cardin. Sarnanus in sua summa Theologica loco 6. in cap. in quem sunt collatæ claues, & Io. 20. sicut misit me Pater, ego mitto vos, & hoc tradiderunt communiter Canonistæ in d. cap. licet ex suscepto, incipiendo ab Innocentio, vt supra demõstrauimus, & idem Innoc. communiter sequutus in cap. quod super extra de voto idem firmauit, videlicet, quod in Pontifice vri Christi Vicario omnis residet potestas non solum super fideles, sed etiam infideles, cuius verba sunt infrascripta.

Papa qui est Vicarius Christi, potestatem non tantum super Christianos, sed etiam super omnes infideles habet, cum enim Christus habuerit super omnes potestatem, vnde in Psalmo, Deus iudicium tuum Regi da, non videretur diligens paterfam. nisi Vicario suo, quem in terra dimittebat, potestatem plenam super omnes non dimisisset. Item ipsi Petro, & successoribus suis dedit claues Regni cælorum, & ei dicit, quodcunq. ligaueris &c. Item alibi, pasce oues meas, de elect. cap. significasti, omnes autem tã fideles, quàm infideles, oues sunt Christi per creationem, licet non sint de ouili Ecclesiæ, & sic per prædicta apparet, quod Papa super omnes habet iurisdictionem de iure, sed non de facto. Hæc Innoc.

Ad quod conferunt verba rex. in cap. pro humani de homic. in 6.

Pro humani redemptione generis, de summis cælorum ad ima mundi descendens, & mortem tandem subiens temporalem

lem Dei filius Iesus Christus, ne gregem sui pretiosi sanguinis redemptum post resurrectionem ad Patrem absque pastore delereret, ipsius curam Beato Petro Apostolo, & suæ stabilitati fidei, ceteros in Christiana religione confirmaret, eorumq; mentes ad salutis opera sua accenderet deuotionis ardore commisit.

Nec omittam notare verba eiusdem Innocētij in loco vbi supra, dicentis, quòd Ecclesia omittit multa, quia facultatem non habet, vel propter pericula, & scandala, quæ inde obuenire timentur; potestas enim faciendi est apud eum, dicit ipse, cui conformis est rex, in cap. cum iam dudum in fin. de præb. vbi, quod Ecclesia multa per patientiam tollerat, quæ si deducta fuerint in iudicium, existente iustitia non debent tolleran, ob quod Doctores communiter in cap. primo de treug. & pac. tradiderunt non induci per dissimulationem Ecclesiæ dispensationem semper enim licet non expresse tacite Ecclesia se dolet, atq; murmurat de oppressionibus & occupationibus, quod notetur esse tantæ potentiæ vt singulariter dicerit And. de Yser. in cap. in ver. extraord. collatio in tit. quæ sint. vega. quod hæc ratio murmurans licet tacita & non expressa interrumpit quodammodo præscriptionem, vbi Affl. notat & sequitur ibi in fi. quod dictum notetur nam non reperitur alibi, ad quod facit etiam quod dixit Innoc. in cap. si diligēti de præscrip. vt quādo potest suspicari quod per metum aliquid non sit attentatum nec in iudicium aut in publicum deductum, quod præscriptio non currat, in quo notetur & aliud, quod Iesus Christus Dominus noster post resurrectionem dixit discipulis suis, data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra, vt decebat post redemptionem factam, cum iam gloriosus, impassibilis, & immortalis ex omni parte verus Deus, & homo in terris degeret, tūc vero post resurrectionē dixit Petro, pasce oues meas, quod & si de Christi potestate super temporalia ante suā sanctissimam passionem latis sit dictum, post vero illam, & post suam gloriosissimam resurrectionem, quis de ea dubitare potest? dicente ipso ore suo, data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra, de

ver-

verbum illud, omnis, refertur tam ad cælum, quàm ad terram, & non esset omnis, sed defectuosa, si tantùm de spirituali potestate intelligeretur, & cum sit vna determinatio respiciens plura determinabilia, debet pari forma determinari ad terram in l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupill. cum suis concordan. & loquendo cum discipulis, qui tam cognitam habebant suam sanctissimam personam, oportet, vt hæc verba importent declarationem plenissimæ auctoritatis, & potestatis assumptæ, etiam quoad vsum perfectum, & absolutū post resurrectionem, & à Patre concessæ, cessantibus rationibus humilitatis, paupertatis, necessitatis, & aliis quę proponuntur, imo ex opere redemptionis iam perfecto, debebat esse, pro vt fuit, omnium Dominus cū omnimoda potestate, & proinde cum relinquere habebat mundum per ascensionem ad Patrem, & loco sui constituere Petrum eius Vicarium, cum potestate tam admirabili clauium, quomodo igitur dubitari potest de potestate temporali omnimoda in persona Petri vltra spiritualem, si maiora, & admirabilia fuerunt cessasse si generaliter fuit constitutus Vicarius, & in Christum saltem post resurrectionem tanquam verum Deum, & hominem iam glorificatum, & triumphantē omnis vtriusq. gladij potestas residebat. Hinc iustissima sancta mater Ecclesia in suo officio cantat, tu es pastor ouium, Princeps Apostolorū, tibi tradidit Deus omnia regna mundi, & in Prob. sexti Decretalium, ibi, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, cui inperscrutabilis diuinæ prouidentiæ altitudo, vniuersis dispositionē incōmutabilis prætulit Ecclesijs, & totius orbis præcipuū voluit obtinere magistratum.

Hæc potestas tam ampla vtriusque gladij necessaria erat, & de essentia in Pontifice Maximo ob reuerentiam ab omnibus ipsi adhibendam, vt ipsum adorarent, obedirent, timerent, atque pauerent, & vt dicit Innocentius, cū reliquis Canonistis in cap. nouit de iudic. non fuisset Christus diligens Paterfamilias, si non concessisset suo Vicario hanc temporalem potestatem, vt nemine indigeret in casibus occurrentibus pro explicatione officij sibi iniuncti, pascendi oues, illasq;

que

que ad finem supranaturalem taliter dirigendo mundi machinam ad hoc taliter regendo, & gubernando, vt sic redemptionis fructus per Dominum factæ consequeretur. Non enim decebat Summum Pontificem verum Deum, omnium Dominum in terris representantem, vt in casibus occurrentibus pro executione sui officij, pro necessaria illius administratione in defensione Fidei, ac diuinorum præceptorum, in correctione morum, in recta vniuersali iustitiæ administratione, in scandalis virandis, in pace manutenenda, in custodia Ecclesiasticæ immunitatis, atque libertatis, in defensione personarum, ac bonorum Ecclesiasticorum violentijs repellendis, & denique populos oppressos liberando, & ab inimicis tutando. Non consentiebat, inquam, vt pro his omnibus necessariò perficiendis, Pontifex Maximus Christi Vicarius, Deum verum representans in terris, ad Principes temporales recurrere haberet, & ab ipsorum voluntate effectualis officij sibi commissi executio penderet, si ipse est super omnes Imperatores, Reges, & Principes. Vnde postquam omnia ad suum spectant officium, diximus concesso tanquam necessaria antecedentia, & essentialia ad officij commissi rectam administrationem, & necessariam explicationem, ex regulis iuris notorijs, vt censeantur concessa omnia, ea, sine quibus, quod concessum, & commissum est, explicari non potest ex regula, tex. in l. oratio, ff. de iurisd. omn. iud. & in materia inuisdictionis tex. in l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. & in cap. 1. de offic. dileg. & vtrobique Doct. communiter; & diximus supra, quod est super omnes Imperatores, Reges, & Principes mundi, ob quod potest illos priuare, & deponere in casibus occurrentibus tali priuatione dignis. Hinc ex plenaria, & suprema potestate penes eum residente, vacante Imperio, seu vacantibus Regnis, iure proprio potest omnem iurisdictionem exercere, prout pariter potest ex defectu iustitiæ, quod tradiderunt Hostien. Innoc. Ioan. And. Abb. Butr. Anan. Zabar. Imol. Felin. Socc. & omnes in d. cap. licet ex suscepto, de for. comp. [illegible]

Sed quid mirum si omnis potestas Imperij ipsius Electo-

[illegible] tibus

ribus à Pontifice collata est, & illi ab eo ad hoc munus explendum, eliguntur, & ad Pontificem spectat examinare causas habilitatis, aut inhabilitatis Imperatoris, ipsumq. ex iustis causis non admittere, iux. tex. in d. cap. venerabilem de elect. & signanter si esset fatuus, quæ causa respicit bonum Imperij regimen, ipsiq. Pontifici Imperator iurat ab eo tenere se Imperium, vt per Innoc. Host. Io. And. Abbat. & ceteros in dicto cap. licet ex suscepto, illiq. fidelitatis iuramentum præstat, à quo vnctionem, consecrationem, & Imperij coronam accipit, vt per Abb. in dicto cap. nouit de iudic. tex. formalis in clem. vnica de iureiur. in quo hæc omnia singillatim ponuntur.

Sed videantur insignia, quæ per Papam conferuntur, & in specie gladius, de quo per. Bellem auctoritate Diui Bernardi in dicto cap. nouit n. 16. ver. 7 probant, dicentem, quod in coronatione sumit Pontifex gladium de altari euaginatum & Imperatori tradit, dicens, accipe gladiũ de super Beati Petri corpore sumptum per manus nostras, licet indignas, vice tamen B. Petri, & auctoritate Apostolorũ consecratas imperialiter tibi concessum ad vindictam malorum, laudem vero bonorum, & cingens eum, dicit accingere gladium super femur tuum potentissime &c. & Restaurus Castaldus in tract. de Imper. quæst. 71. pariter ponit insignia, quæ conferuntur per summũ Pontificem Imperatori in die suæ coronationis, & inter cetera refert scriptum esse in Pontificali seu Ceremoniali, in loco de coronatione Imperatoris, quod illi dat ensẽ seu gladium his verbis, Accipe gladium in defensionem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diuinitus ordinatum &c. quod concludit tex. in can Constantinus 96. dist. dicens, Constantinus Imperator vtile iudicamus vna cum omnibus satrapis nostris, & vniuerso Senatu, optimatibus, & cuncto populo Imperio Romanæ Ecclesiæ subiacere, & ibi tribuenti ei potestatem, gloriam, dignitatem, atque vigorem, & honorificentiam Imperialem.

Ex quibus patet in Papa residere temporale gliadium fuisse, & ab eo diuina ordinatione, in Imperatorem dum coronatur

ronatur conferri, & sic in Reges, vt illum exerceant in mundi rectam gubernationem, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ defensionem, & notetur, quod consignat Papa euaginatum, ad denotandum ipsius gladij exercitium, & dicitur sumi à corpore B. Petri, qui illum in vagina tenebat, ergo quomodo potest in dubium reuocari, quin Pontifices vtrumque gladiũ teneant? & Imperatoribus, Regibus, mundi Principibus, illius tantum exercitium dedisse, Christi ordinatione, qui cum in Euangelio dixerit, quod vnusquisque vendat tunicam suam, & emat gladium, & illi responderunt, ecce duo gladij hic, nõ dicit nimis est, sed satis est, itaque q pro necessario habuit esse in Ecclesia gladios duos, & dum Petrus gladio temporali vsus fuit amputando manu propria serui auriculam, non dixit Iesus proijce gladium, sed converte gladium tuum in vaginam, ergo si gladios duos diuina Sapientia dicit satis esse, & sic conuenire pro Ecclesia, & dum temporali Petrus vsus fuit, mandauit, quòd ipse conseruaret in vagina, quia ad nutum Pontificis, & non propria manu euaginandus est, & rursus ex causa, quia non sit contra finem supernaturalem, vt videbatur esse ille vsus gladij tunc in Petro materialiter, quia videbatur dirigi ad impedimentum passionis, & redemptionis, ob quod Christus mandauit poni in vaginam, dicẽs, Calicem quem dedit mihi Pater, non vis, vt bibam illum? & quamuis ex intentione eiusdem Petri, & formaliter à supernaturali fine non discreparit, & consequenter omni peccato caruerit, vt ex patribus tradit D. Card. Bellarminus de Rom. Pont. lib. 1. cap. 18. igitur de proprietate vtriusque gladij in Ecclesia per Petrum tepresentata, non potest dubitari, & non dixit Christus simpliciter, pone gladiũ in vagina, sed gladiũ tuum, quod pronomen designat proprietatem, & dominium, sicut meum, & suum ad tex. in l. quintus mutius. §. argento, cum §. seq. ff. de auro, & arg. leg. in l. si legato, §. 1. ff. ad treb. in can. quo iure per totum, & ibi glo. E. dist. Specul. in tit. de decimis. §. scire debes, & qui dominium habet, proprietatẽ, & vsumfructum habet. l. si cum in testamento §. fundum, & §. seq. ff. de excepti. rei iudic. sed quia omnis temporalis

potest Pontifex mandare ad defensionem rerum spiritualiū, ac Romanæ Ecclesiæ immunitatis, ac libertatis gladij temporalis exercitum, quia tali casu vterque est penes ipsum, declarat hæc Turrecrem. in can. 1. in princ. & num. 5 & melius in can. omni timore 2. 3. q. 8. adducens auctoritatem D. Bernardi, dicens: Vnde Bernardus lib. 4. de consideratione ad Eugen. ostendit qualiter vterque gladius est Ecclesiæ materialis & spiritualis, materialis nunquam, quārum ad vtum, nec quantum ad iussum, sed quantum ad nutum, vnde dicit hoc modo ad Eugenium.

Qui gladium materialem tuum negat, non videtur mihi attendere verbum Domini dicentis: Conuerte gladium tuū in vaginā, tuus ergo, & ipse nutu tuo forsitan, & non manu tua euaginandus, alioquin, si nullo modo ad te pertineret, dicentibus Apostolis, ecce duo gladij hic, non respondisset Dominus: satis est, sed nimis est, vterque ergo gladius Ecclesiæ est spiritualis, & materialis, sed is quidem pro Ecclesia, ille verò ab Ecclesia exercendus, ille sacerdotis, is militis manu, sed sanè ad nutum Sacerdotis, & iussa Imperatoris.

Huic Bernardi auctoritati conformem se reddit Bonifacius VIII. in Extrauaganti vnam sanctam, cuius verba sunt infrascripta.

In hac, eiusq. potestate duos esse gladios, spiritualem videlicet, & temporalem Euangelijs dictis instruimur, nam dicentibus Apostolis, ecce gladij duo hic in Ecclesia scilicet, cum Apostoli loquerentur, non respondit Dominus, nimis esse, sed satis, certè qui in potestate Petri temporalem gladium esse negat, male verbum attendit Domini proferentis, conuerte gladium tuum in vaginā, vterque est in potestate Ecclesiæ spiritualis scilicet gladius, & materialis, sed is quidem pro Ecclesia, ille verò ab Ecclesia exercendus, ille Sacerdotis, is manu Regum, & militum, sed ad nutum, & patientiam Sacerdotis, oportet autem gladium esse sub gladio, & temporalem auctoritatem spirituali subiacere, cum dicat Apostolus non esse potestatem nisi à Deo, quæ autem

sunt à Deo ordinata, sunt, non autem ordinata essent, nisi gladius esset sub gladio, & tanquam inferior reduceretur per alium in supremum. Hæc Bonifacius. Cumq. Pontifex affirmet hoc auctoritate Euangelica siue interpretando, & declarando, ac legem condendo, iustè propterea Canonistæ communiter in d. cap. nouit. post disputatum articulum, concludunt, quod in Papa sic vterque gladius, modo quo supra, quodq. stante declaratione prædicta Bonifacij, quæstio est indisputabilis, & approbationibus, & declarationibus per Papam factis standum est omnino, nec ab eis recedendum, iuxta tex. in can. Romanorum 9. dist. plusquam Sanctorum, nam quod decidit Pontifex, non infirmatur, aut aliter iudicatur per Commentarios D. Hieronymi, B. Augustini, & aliorum Sanctorum, dicit text. in can. libellus. 20. dist. & reddit rationem tex. in can. 1. ead dist. quia potestas est data Petro, eiusque successoribus, & hæc deficit in alijs, quæ latius recenset Guid. Pap. in decis. sua 589. Hinc dicimus, quod disciplina Apostolica comprehendat legem Euangelicam, vt per Purp. in l. cunctos populos. ff. de iust. & iur. nu. 6. & quæ latius declarat Dominus Cardinalis Bellarminus in loco supra allegato de infallibili iudicio Pontificis, & ibid Abb. in cap. cum, de decim. tradidit, quòd in interpretatione legis diuinæ, seu decisionibus dubiorum, debemus stare definitionibus Summorum Pontificum, & non dictis Theologorum, etiam si essent Sancti, quia potestas condendi, & interpretandi leges, non alijs, quàm Pontificibus data est, & postquam Pontifex affirmat hoc auctoritate Euangelica, non videtur tam admirandum, quod refert Bart. in l. 1. §. 1. ff. de req. reis. de persona dantis, & pariter Abb. in dicto cap. nouit in sua quæstione, & Alex. de Neuo latius exaggerat in cap. fiens el 34. de iur. iur. num. 49. & hanc opinionem vtriusque gladij vltra Canonistas communiter tenentur Ciuilistæ, vt per Specul. in tit. de iudic. deleg. §. nunc ostendendum num. 10. Bart. tam in auth. quomodo oportet Episcopos in princ. quàm in const. ad reprimendum, glossæ communiter tàm in cap. nouit, quàm in cap. caulam quæ lo. 2. quæst. fin. legis. 9. cap. cum adue-

rum

tem 96. dist. in can. omnes. 22. dist. vbi tex. ineuitabiliter si Canones attendere volumus, ibi, qui B. Petro æterna vita claues regni cœlestis Imperij iura commisit, ob quod Ioan. Faber Doctor grauis, & antiquus, dixit in l. cunctos populos. C. de summ. Trin. & Fid. Cathol. num. 10. indubitatum esse penes Papam vtrumque residere gladium, tanquam Christi Vicarium, & ridiculum esset dicere, quod non haberet in omnibus temporalibus superioritatem, & potestatem, nec reperitur, quòd dum Christus potestatem concessit Petro, illam restrinxerit quoad spiritualia, bene tamen præcepit, vt poneret in vagina; ergo concessit, dicit ipse, quæ elegantèr discurrit Summa Antonina 3. par. tit. 22. cap. 3. §. 17. de potestate Papæ, & de communi testatur Viui. in tract. com. opi. in ver. Imperator num. 18. Affict. in prælud. feu. nu. 19. latissimè per Rebuff. Castald. in loco vbi supra allegato: idemq. per Io. Capistr. in tract. de auctoritate Papæ cap. 1. & diffusè per Cardinalem Iacobat. in tract. de conc. fuitq. etiam opinio non solum communis glossarum, Canonistarum, & Ciuilistarum, sed etiam Theologorum antiquorum grauissima auctoritatis, quos refert Molina de iustitia tract. 2. disp. 28 & 29. lib. 1. & per Dominum Cardinalem Bellarm. in 1. to. contro. lib. 5. inter quos est Diuus Thomas lib. 3. de regim. prin. cap. 10. & 14. vbi hoc latè affirmat, & idem B. Thomas in 2. Sent. dist. 44. dicit in Papa esse apicem vtriusque potestatis, spiritualis, & temporalis, quem dicit Dominus Card. Bellarm. quod sequuti sunt plurimi alij Doctores, taliter, quòd hæc sententia communis apud Theologos dici possit, & licet ponat dubitationem, an liber ille de regimine Principis, sit verè Beati Thomæ, prout verè est ex communi omnium consensu, & ipsemet Dominus Cardin. respondet optimè ad obiectionem, tamen quid responderi potest ad auctoritatem eiusdem in loco allegato 2. Senten. distinctione 44. dum dixit in Papa esse apicem vtriusq. potestatis spiritualis, & temporalis, & cum illa vox apex ponatur respectu vtriusq. potestatis, & sub vna verborum constructione, & ab eadem voce pendeat, & determinatur, ergo adest in Pontifice

apex

apex potestatis spiritualis, & apex potestatis temporalis, est sit vna determinatio respiciens plura determinabilia, vt supra diximus, & pondero verbum illud apex, quod est quodã esse eminenter, scilicet culmen vtriusq. iurisdictionis continens, non solum simpliciter in se multa entia, sed denotat quandam suprematam potestatem eminentẽ, & supra omnes, per quam Pontifices Deum in terris repræsentantes omnia in essibus iuris gubernare habeant, quod eleganter explicat text. in cap. non nos 40. dist. ibi, quis enim sanctum dubitet esse quem apex tãtæ dignitatis attollit, idem text. notab. iunct. glos. in clem. 1. de iureiur. ibi, Imperialis celsitudinis apicem, super quo verbo glos. dicit, quod sumitur pro summitate, honore, & distinctione in summo, item text. in prob. decret. in 6. ibi, non ad apicem summi Pontificatus suprema dispositione vocari, & in cap. fin. de concess. præb. in 6. ibi promotionem nostrã ad summi Pontificatus apicem &c. & Aug. super illod Matth. 5. Iota vnum, aut vnus apex, Iota est maior litera, apex, est ipsius in summitate particula.

Et loquutus fuit Diuus Thomas tanquam Angelicus Doctor, siquidem nunquam per quamcunq. concessionem intelligitur abdicata, nec facta concessio illius supremæ potestatis residentis in Pontificibus, Imperatoribus, & Regibus, & mũdi Principibus, non recognoscentibus superiorem pro recta populorum gubernatione, sed omnia concessa intelligũtur subalternata, & illi supremæ potestati semper subiecta in essibus contingentibus; dicentur enim hæc esse de regalibus ossibus infixis, & inseparabilibus, de quo eleganter per Luc. de penn. in l. cum multa C de re milita. lib. 12. ante nu. 10 Csmer. in repet. cap. Imperialem de proh. feu. car. mihi 71. iux. terminos tex. in cap. quoad translationem de off. leg. notabiliter Bal. in l. qui se Patris, nn. 34. C. vnde lib. vel. ité in concessis tradens, quod in iurisdictionalibus semper intelligitur reseruata auctoritas superioris, cum in eo resideat illis suprema potestas inseparabilis, quem allegat, & exornat Petrus Bellica in suo spec. prin. rubr. 32. § 8 quia quotidiana n. 30. dicens, hanc supremam potestatem esse inseparabilem,

& la-

& latius concludit ibidem n. 55. Idemq. eleganter Butr. in cap. cum contingat n. 17. de for. comp. Idem Bal. in l. fin. C. de iurisdictione omnium iud. n. 4. & in suo solemni cons. 321. 1. vol. incip. Rex Romanorum in fin. ad quod confert, quod dicit Albert. in d. l. fin. C. de iurisdictione omn. iud. vt si Rex dederit alteri Castrum cum omni iure, quod ibi habebat, nunquam censetur abdicasse, nec cõcessisse ius regium, quod tanquam Rex supremus Dominus, & non sicut Dominus Castri penes se habebat, quod diximus consistere in illa protectione & superioritate, & illa iurisdictione in vniuerso, quã habent Imperatores, & Reges, idem tradidit Iacob. de sancto Georgio in tract. feud. in vers. de castro montis Rubei n. 6. ob quod Bald. dixit, post Innoc. non dari præscriptionem horum quæ tangunt supremam potestatem, quia non datur illorum concessio in l. 2. n. 26. C. de seruit. & aq. ex qua decis. tradidit Propos. in cap. quæ sint, regula, vt nunquam videantur translata reseruata in signum supremæ potestatis, idemq. tradit Loffred. in cap. filij 11 de feu. def. mil.

Considerauit enim Diuus Thomas, quod quæ summus Pontifex agit, omnia diriguntur ad veram obseruationem fidei, quæ sine operibus mortua est. Comq. ad Pontificem spectent omnia, quæ spectant ad fidem, & sic dirigere populum Christianum, & oues sibi commissas ad fidem fructuosã ex operibus nascentem, propterea habere oportuit vtrumq. gladium, & dum qui contrariam sententiam contra communem tenuerunt, non negarunt adesse in Pontifice omnem temporalem potestatem, quatenus est necessaria, & deseruit spirituali, cum hoc communcuntur, nam est fateri conclusionẽ, vt supra per nos firmatam, & quod ipsi dicunt non est limitatio potestatis, sed illius vsus, videlicet quomodo debet Papa potestatem sibi cõcessam exercere, sed vtcumq. sit, verum est temporalem potestatem penes ipsũ residere. Causa enim concessionis, vt supra dictum, & fundatum fuit, non diuersificat concessionem, sed est inductiua, & productiua eius, quod conceditur, quo in esse deducto, remanet concessum in suo esse integrali, exercendum postea modo, & forma, quo per

eccle-

concedentem, & superiorem potestatem habentem, fuerit ordinatum. Ante enim Petrus habuit gladium, & Dominus simpliciter, dixit, satis est, & postea dixit Petro, vt teneret in vagina, dum temporali gladio ad non ordinatum vsum vtebatur impeditiuum passionis, & redemptionis, & sic gladius per prius non fuit limitatus, vnde plene à principio fuit apud Petrum, postea vero non fuit dictum Petro quod proiceret, sed conseruaret in vagina pro casibus contingentibus, necessarijs, & arduis, nam alias inutilis erat conseruatio. Hinc non posuit Christus in vagina, quasi, quod non sit amplius euaginandus, sed mandauit, vt Petrus met poneret, ad hoc, vt ipse demum in casibus necessarijs euaginaret, mediante persona, cui ipse mandaret, iux. disposita in dicta Extrauag. Vnam sanctam, quod vltimum reperi post hæc scripta considerasse Dominum Cardinalem Iacobatium in tract. de conc. art. 8. n. decimo.

Donum excellentiæ Christo concessum vtendi absolutè hoc gladio temporali absq. limitatione ratione visionis humanæ naturæ cum persona diuina, & sic habuit posse, & velle. Hoc, inquam, donum non fuit communicatum Pontifici, quia homo purus, sed tantum concessum posse cum instructione, & limitatione vsus illius, quo si abutatur, non infert hoc ad defectum gladij penes ipsum existentis, sed ad transgressionem diuini præcepti, vtendo inordinate gladio sibi concesso, & fecit Deus cum Pontifice, vt in dies fieri videmus per Imperatores, Reges, ipsosq. met Pontifices, dum amplissimas facũt commissiones ipsorum supremis ministris, cũ omnimoda, & plenissima potestate, quia sic conuenit bono Regnorum regimini, ob reuerentiam, & obedientiam illis per subditos adhibendã, sed demum secretas illis faciunt instructiones, ne illis vtantur, nisi in certis casibus, quibus aborẽtibus, non opponetur defectus potestatis, sed illos ipsorum superiores, vti malos Ministros, & ordinum transgressores puniet, vt parirer dicimus in Pontifice, qui si ex potestate sibi tradita procedat ad excommunicationem ex causa iniusta, transgrediendo ordines, quod non fiat nisi ex iusta causa,

non

non opponetur defectus poteſtatis, ſed iniuſtitiæ.

Ex qua fit, quod Doctores dixerunt, in Pontifice adeſſe vtrumq; gladium ſpiritualem actu, & habitu, temporalem habitu, ſed actu, ſeu exercitium ligatum, & hoc ea ratione, quia ordinarium exercitium eſt Regibus conceſſum Dei ordinatione retenta tamen penes ipſos Pontifices exercitio in certis tantum caſibus, ac illo vtendo in prædictis caſibus grauibus, & enumeratis per Doctores, & præſertim per Socc. in d. cap. licet ex ſuſcepto, & melius omnibus per Turrecr. in d. ca. cum ad verum, & ob id dicunt illum interim remanere ligatum in vagina, vt notabiliter per Imol. Anan. & Barba. in eod. cap. licet ex ſuſcepto. & hoc voluit ibi dicere Felyn. 1. col. quod Papa habet temporalem poteſtatem habitu reducibilem ad actum, & ibidem Barbat. n. 19. dicit quod ſicut eſt facile reducere habitum ad actum, ſic eſt facile iuriſdictionem ſecularem, quam in habitu habet ſummus Pontifex, ſecundū veram opinionem Canoniſtarū reducere in exercitium, ſed quia caſus non contingunt ordinariè, ſed raro, propterea hāc Pontificis iuriſdictionem temporalem Canones appellauerunt caſualem, in quo eſt tex. elegans ab aliis ad hoc non pōderatus in cap per venerabilem, 10 ver. rationibus qui fil. ſint legit. cuius infraſcripta ſunt verba.

Rationibus igitur his inducti Regi gratiā fecimus requiſi ei cauſam, quā, tam ex veteri, quā ea noua teſtamenti; quod non ſolum in Eccleſiæ patrimonio, ſuper quo plenam in tēporalibus gerimus poteſtatem, verum etiam in aliis regionibus, certis cauſis inſpectis, temporalem iuriſdictionem caſualiter exercemus, &c. & relegendo Doctores reperi, quod hoc vnico verbo ſecuſit, & explicauit Hoſt. in cod. cap. dum diuit, quod quoad Eccleſiaſtica indiſtincte ad Papam eſt recurrendum, quo vero ad ſecularia caſualiter, per quem tex. Anch. auctoritate Hoſt. in cap. dilecti de purg. vulg. tradidit, quod Eccleſia ſemper ſe intromittit in temporalibus, quando ea iuriſdictione ille, ad quem ſpectat abutitur, & hoc ex ſua ſuprema poteſtate, & gladij proprietate penes ipſum exiſtente, & in omni caſu neceſſitatis ad Papam recurritur, dicit

Innocentius in dicto cap.licet ex suscepto ab omnibus sequutus,& est tantæ considerationis hæc iurisdictio in habitu, q notanter auctoritate glos.dixit Abb.in cap.pastoralis §.quoniam de rescrip.quod in casibus occurrentibus iniustitiæ,vacationis dominiorum, & similium procedit habens iurisdictionem in habitu, eliq. delegabilis, & fructuosa, & idem tradit in cap. cum contingat de for.comper. quod est conforme traditis communiter per Doct. in d.cap.licet ex suscepto.

Ratio prædictorum est indubitata, nam si gladius est suus, vt ex ore Domini, & fuodatum est Papam habere illius proprietatem,sed exercitium tantum esse Regibus, ac Principibus mundi commissum, ergo quid mirum, quod Dominus proprietatis imponat manus, quando illo abutuntur ad custodiam luæ proprietatis,& rectum illius regimen, postquam de iure ad ipsum hoc spectat,iuxta tex.in l.si ita. §. dominus ff de vsu,& habit. vbi est casus latissimè per dom.frecc.in suo lib. subfeu.19. auctoritate Baronali, imò dominus absolutus iurisdictione sua abutens, potest illa priuari, & tanquam ab ingrato reuocari,iuxta tex.in l.2.ff.de his,qui sunt sui,vel alieni. vbi Bal. & Fulg.ootant, Bald. in cap.1. qualiter Dominus propr.feu. priu.2. col. ita Dominus frec. in eod.lib. in 8. auctoritate baron. & hic potest cadere notabile dictum Bal. in cap. vno delegatorum col.fin.nu.8.de off deleg. distinguendo inter iurisdictionem inferiorem, & superiorem, sicut inter dominium directum, & vtile, quod vltimum appellatur dominium inferius, & directum superius. Ecclesia enim cultrix iustitiæ, non patitur aliquod fieri contra iustitiam in se, vel in alium, dicit rex. elegans in cap. 1. de alien.feud. And de Yser. in cap.1.de stat. & consuet.cont. libert.Eccl.

Imò in casibus prædictis non priuat Papa neminem, sed sua vtitur iurisdictione, quæ nunquam ab ipso abscessit, & minimè Regibus,aut Principibus mundi fuit concessa, & non ex eo, quia Papa continuò non exerceat eam, propterea dicemus iurisdictione tali carere: nam si dependet à casibus contingentibus,& iterum stat iurisdictio in sua plena essentia, & potentia, vt quælibet alia Dominorum temporalium, quæ

nisi

niſi caſibus contingentibus, nunquam deducitur ad actũ, ſeu exercitium, & non per hoc dicetur illam non habere integrã, & in toto eſſe ſuo, nam, vt ſupra fuit fundatum auctoritate Io. Monaci, Bal. & aliorum, quos refert, & ſequitur Guglielm. Mainer. in reg. qui iuſſu extra de reg. iu. prius eſt poteſtas, quã exciteetur ad actum, & conſiſtit in potentia, quæ continet in ſe aptitudinem, & actum, & ex exercitio ipſius aptitudinis deuenitur ad actum, vt elegantèr per Bal. in d. l. 1. C. quando non pet. par. nu. 34. qui ex hoc voluit, quod quando actio, ſeu ius præexiſtens ex cauſa aliqua non exercetur, ſi hoc non eſt perpetuò, ſed ex deficientia caſus, dicitur tunc dormire, & caſu aduenieote excitatur, & reſurgit quaſi à ſomno, reſſumendo actum per ipſius exercitium, ſeu proprius illum in eſſe producendo per ipſius iuriſdictionis exercitationem, & fundatum eſt patirer ſupra poſt iuriſdictionẽ acquiſitam dari illius conſeruationem, licet non exerceatur, quando exercitium deficit ex deficientia caſuum, & vltra ſupra allegata eſt notabilis deciſio Innocentij, in cap. cum dilecti de Cap Monac. dicentis, quod ſi aliqua Eccleſia, vel perſona ita ſe habuit per plures annos, quod nunquam oportuit iuriſdictionem exercere ſuper eam, non per hoc amittit iuriſdictionem Epiſcopus, quia caſus non ſuccedit, & per eũ non ſtetit, & Specul. in tub. de feu. tradidit, quod vaſſallus non præſcribit libertatem aduerſus Dominum, quia eius ſeruitio vſus non fuit, quia caſus non occurrit, etiam ſi ſteret per mille annos, quem ſequitur Abb. & Imol. in cap. ad audientiam de præſcript.

Si ergo ita Imperator, Rex, & quiuis iuriſdictionem non exercet, caſibus non contingentibus, ſicut Papa, & abſurdũ eſſet dicere iſtos iuriſdictione carere, ita patirer in Papa, nec in alio differunt, niſi quod in illis ſunt ordinarij caſus, & ſic habent ordinarium exercitium, in Pontifice verò caſus ſunt raro contingentes, & propterea lex hanc Pontificis iuriſdictionem temporalem, appellat caſualem, quam ſupra demonſtrauimus exercuiſſe, & exercere poſſe in depoſitione Imperatorum, Regum, & aliorum, & in alijs caſibus occur-

rentibus, vt in casu tex. in can. auctoritatem 15. quæst. 6. ibi, quin etiam præfato fratri nostro, filijsq. reuerentia Ecclesiæ, illiusq. defensoribus, hæc in mandatis damus, vt spirituali simul, & materiali gladio tam diu malignos illos, eiusq. fautores inlequatur, quousque cum integritate possessionem, & quascunque res Ecclesiæ hoc facto, vel quocunque pacto distractæ, seu direptæ sunt, reuocentur, & idem in cap. dilecti de sent. excom. in 6. vbi ille Decanus pro re sua propria temporali vsus est vtroque gladio, quod dicit Summus Pontifex licuisse contra quemdam balliuum, qui violenter res temporales Decani occupauerat, ex quo tex. vt supra diximus, notant glossæ, & Doctor. in Ecclesia residere vtrumque gladium, & etiam exercitium perpetuum temporalia defensiuū, & ibi balliuus ille fuit excommunicatus, & ex contemptu excommunicationis fuit publicata sententia interdicti, vbi Doctores notant, quod quando offensio est manifesta, & fit excommunicatio ad defensionem, seu tuitionem, non est necessaria alia monitio, vt per Io. Andr. ibi, quem sequuntur Anchar. & alij communiter, quod per prius dixerat Innoc. in cap. venerabilis de cens. & exemplum ponunt, quãdo fiũt statuta contra libertatem Ecclesiæ, vel ipsius Ecclesiæ iura opprimuntur, in tantum quòd Doctores dixerunt posse reuocari statura facta contra libertatem Ecclesiæ nullo enato, de quo per Felin. in cap. Ecclesiæ S. Mariæ de const. nu. 108. & ex ead causa poterit Ecclesia vti gladio materiali, & dicetur defensionem semper fieri in contextu, etiam post multum temporis intervallum, quando grauamen est continuatum, & donec non reuocatur, vt per Host. Io. And. Anchar. & Larius Philipp. Franc. in d. cap. dilecto.

Et quamquam multa iura dicant iurisdictiones has esse distinctas, vnam non debere aliam turbare, vnam ministrare diuinis, & spiritualibus, aliã verò terrenis & temporalibus; vnam per Pontificem, aliam per Imperatores, Reges, & Principes mundi, qui diuinitus, & a Deo iurisdictionem hanc fatentur habuisse, & ab vno, eodemq. principio vtramque originem traxisse, de quibus in cap. duo sunt quippe in can.

Iu-

Imperator, & in can. cum ad verum 96. diſt. in cap. ſolitæ de maior. & obed. in §. 1. in auth. quomodo op. Epiſcopos l. 1. C. de ver. iu. enucl. cum aliis ſimilibus, tamen Doctores omnes in d. cap. nouit, laquendo Io. de Lignar. Doctorem antiquum reſpondẽt, & eædem gloſſæ, & ſignanter gloſ. in d. can. cum ad verum, vt hæc omnia bene procedant à Deo, ſicut cetera omnia mundi, ſed mediatè per debitam, & ſubalternatam emanationem à Chriſti Vicario, cui cæleſtis, & terreni Imperij iura commiſit, & ſecundum hoc dicit Abba. cum ceteris Canoniſtis, debet intelligi illud Pauli ad Rom. 13. Non eſt poteſtas niſi à Deo, & pariter quoad exercitium Dei ordinatione, in hoc ſunt officia, & iuriſdictiones diſtinctæ, & habuerunt omnia principium à Deo. Omnis enim poteſtas demãdata eſt Petro eius Vicario, ac Dei voluntate ex cauſis enarratis per eum exercitium temporalia gladij Imperatoribus, & Principibus mundi commiſſum, & ſic à Papa habent Dei voluntate, & cõſequenter à Deo, & hoc eſt quod probat tex. in can. quæſitum 23. q. 4. ibi, gladium temporalem Iudicibus miniſterio Dei illis datum, & ſic non à Deo immediatè, ſed ipſius voluntate per manus Pontificum, nam verbum miniſterium, importat voluntarem, tex. elegans in l. quod meo, vbi gloſ. in ver. miniſterio. ff. de acq. poſſ. & melius omnibus declarat, & reſponder ad prædicta Siluester in ſua Summa in ver. Papa auctoritate Auguſtini de Ancona, vbi poterit videri, quæ apud me nunquam fuerunt in conſideratione, ſi iodubitatum eſt omnia per Pontificem fieri tanquam Chriſti Vicarium, & Dei ordinatione, ergo à Deo, dum ea ipſius ordinatione in Principes mundi temporalis iuriſdictionis exercitium confertur, & vltra regulam, quæ ſumitur ex tex. in l. ita autem geſſiſſe verſ. quod ſi quis. ff. de adm. tut. quod geſſiſſe videatur is, qui per alium gerit, dico, quòd qui facit actum mandato alterius, & qui exequitur, quod alius mandauerit, nihil ei attribuitur, ſed dicitur mandantem feciſſe, eſt caſus in l. item eorum. §. ſi decuriones. ff. quod cuiuſque vniuer. nom. vbi gloſ. notat Bar. in l. vnus ex familia. §. ſi de Falcidia. ff. de leg. 2. & latius Decius in conſ. 543. vbi qui nomina-

misauit personam de mandato alterius, dicitur merus executor, & actus nominationis, non aliter ipsi attribuetur, sed illi, qui potestatem nominandi dedit, quod elegantèr explicauit Anchar. in cap. literis, de rescript. quod qui exequitur, non confert aliquid de nouo, sed ille dicitur conferre, & facere, qui mandat, ad quod pondere rex in cap. quanto de transl. epi. qui exponendo dictum illud, quod Deus coniunxit, homo non separat, declarat hoc non procedere in Pontifice, ibi, non enim homo, sed Deus separat, quos Romanus Pontifex nõ puri hominis, sed veri Dei vicem gerit in terris, &c.

Si ergo quidquid explicat summus Pontifex est ex Dei ordinatione, ipsiusq. propriam personam representando in terris, ergo responsum est iuribus prædictis, quia à Deo exercitium confertur huius gladij, repræsentato verè per eius Vicarium, & non est ab re, nec dissimile id, quod dicimus in materia feudali, vt præstito assensu per Regem super feudi concessione facta à Barone, cum clausula, vt teneatur in capite ab ipso Rege, & patiter in concessione Baronis fuit dictum, quod teneatur in capite ob eo, q nihilominus non erit assensus contrarius, nec difformis, sed validus, quia dicetur teneri in capite à Rege, mediante persona Baronis, ita Yserniа in cõst. Regni incip. vt de successoribus in prin. in cap. 1. de nat. suc. feu. declarat Camer. cat. mihi 69. a tergo in d. repet. cap. Imperialẽ.

Et si Imperator appellatur Vicarius Pontificis in temporalibus secundum prędictum Cardinalem Iacobat. vbi supra, Guerrerium in spec. Princip. cap. 16. n. 6. & in cap. 55. quod patiter firmauit Restaur. Cast. in tract de Imperatore quæst. 4. licet dicat quod non simpliciter possit dici, quia iurisdictio est irrenocabilis auctoritate Abb. in d. cap. licet ex suscepto in princ. tamen in hoc se decipiunt, quia non ex hoc, quod vnus sit perpetuus Vicarius, propterea non erit propriè Vicarius, cum dentur plures propriæ ipsius species, & signanter perpetui, & temporalis, necessarij. & voluntarij, de quibus in cap. 1. de off. Vic. in clem. 1. eod. tit. per Host. in summa, & in cap. tua nos eod. tit. Qui quidem Vicarij, erit sint perpetui,

petui, iurisdictionē tamen recognoscunt ab Episcopo, penes quem remanet iurisdictionis habitus, vt notabiliter Abbas declarat in cap. extirpande. S. qui vero n. 6. in prima lect. de præben. & melius in 2. lectura n. 9. 14. & 15. & cum Imperator recognoscat à Papa Imperium, à quo sumit gladium euaginatum, ab ipso coronatur, & insignitur, eiq. fidelitatem iurat, videtur propterea, quod communis opinio, & rationibus, & auctoritatibus remanet vndique fundata.

Nec datur ex hoc confusio iurisdictionum, sed distinctè exercetur vnaquæq. in suis casibus, quod bene Canonistæ explicauerunt, dum dixerunt Papam non habere hoc exercitium regulariter, vt per Abb. in d. cap. licet ex suscepto, & per Dec. in d. cap. nouit ibi, ante nu. 8. & dum Papa exercet temporalem iurisdictionem in casibus suis, iurisdictiones non cōfunduntur, quia cessat tunc exercitium secularium in illis casibus, qua non concessum, & qui in vagina gladium conseruabatur, euaginatur, & iurisdictio illa in potentia, & proprietate cum sua potestate à principio generationis ipsius, non reassumit actum, sed actum continentem, & intrinsecum sub proprietate gladij, quasi parturiens, deducitur ad exercitū, in vagina cum gladio ligatū dormiebatur, & quasi dormiens, casu aduenīente, à somno excitatur ad defensionem Ecclesiæ, ipsiusq. subditorum, ad releuamen populorum, ad scāda la vitanda, ad oppressiones, & tyrannides extinguendas, ad malos mores corrigendos, & regimen mundanarum rerum taliter dirigendo, vt sublatis abusibus, & malis institutis, perueniri possit ad finem illum supranaturalem æternæ gloriæ.

Ex his fundata iam potestate vtriusq. gladij in Pontifice modo quo supra, & quomodo, & qualiter secularis potestas est cōmissa Principibus mundi, pater quam erronea sit ponderatio tex. in cap. omnis anima, dicens, & sufficeret quod responsum acciperent ex declaratione Pontificia in cap. solite, de maioritate, & obedien. vbi declaratur sacerdotium esse à Deo Pontificis potestatem supremam, & præexcellētiorem, ac illa verba Petri Principis Apostolorum, subdati estote omni

si humanæ creaturæ propter Deum, siue Regi cuiquam præexcellenti, siue Ducibus &c. dicit Innocentius III. quod scribebat Apostolus suis subditis, prouocans eos ad humilitatis meritum, subdens, nam si propter hoc, quod dixit, subditi estote sacerdotibus voluit imponere iugum subiectionis, & eius prælationis auctoritatem auferre, quibus eos subiectos esse monebat, sequeretur ex hoc etiam, quod seruus quilibet in sacerdotes imperium accepisset, cum dicatur omni humanæ creaturæ, quod autem sequitur Regi tanquam præexcellenti, non negamus quin præcellat Imperator in temporalibus, illis dumtaxat, qui ab eo suscipiunt temporalia, licet Pontifex in spiritualibus antecellat, &c. Vnde singula singulis referendo, omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit, videlicet in spiritualibus spirituali potestati, & in temporalibus temporali, cui temporalis potestatis exercitium irreuocabile, est commissum à Deo, mediante persona Pontificum, & ideo non dicit, potestati, sed potestatibus, & hoc modo distinctè intelliguntur iurisdictiones, & eadem iura se delatauerunt, atque mandauerunt, vt vna iurisdictio cum alia non se intromittat, & vnusquisq. suæ obediat potestati, de quo in d. can. si Imperator, in can. duo quippe, in can. cum ad verum, cum alijs supra allegatis, quod communiter tradiderunt Doctores, & glossæ, tam in d. cap. omnis anima, quam in d. cap. solitæ de maior. & obed. & in specie gloss. in can. tributum 23. q. 8. dixit quòd tex. in cap. omnis anima, intelligitur respectu laicorum, vt obediant suis Dominis, & glos. in cap. omnis anima, dicit hoc dictum fuit laicis, & potest extendi ad clericos circa exteriora, vel quia debet obedire Prælatis suis, & ibi Host. dicit quòd intelligitur pro clericis respectu suorũ Prælatorum, vel laicorum, à quibus tenent feudalia, alias ad nihilum essent subiecti ex reg. tex. in cap. nimis de iur. iur. vbi est casus, quod pariter declarauit idem Host. in d. cap. solitæ, dicens, quod quandò clerici nihil habent, seu tenent à laico superiore ad nihilum teneantur de iure diuino, & glos. ibi, quod laici nullam habent in clericos iurisdictionem, nec etiam per illorum consensum, & idem Abbas in d. cap. nimis

num.

num. 17. & iam indubitata eſt exemptio clericorum, & in hoc non eſt diſputatio, ſed tantum ſi eſt de iure diuino, vel poſitiuo, & ab omnibus vectigalibus, & tributis, ſunt Eccleſiaſticæ perſonæ penitus exemptæ, non eſt propterea ſuper hoc inſiſtendum. Tempore enim Romani Imperij, quo tempore loquutus fuit Paulus Apoſtolus, tributa ſoluebantur, ſed de bonis onere tributorum grauatis ante translationem in Eccleſias, quæ dum acquirebantur, & bona transferebantur, intelligebantur cum ſuis realibus oneribus iam impoſitis, & ſuper bonis infixis, pro vt etiam hodie, ſi prædia tributaria reperirentur, vt magiſtraliter declarauit Innoc. iura diſtinguens in cap. non minus de immun. eccl. vbi Hoſt. Anch. Butr. & reliqui. Poſtquam vero ceſſauit Imperium Romanũ, ceſſauit onus tributorum, dicit Paul. de Caſtr. in l. placet C. de ſacroſ. eccl. Erat enim illud dominium tyrannicum, & ad illud ſunt verba illa 1. Regum. 8. male exaduerſo ponderata, & inutiliter in hac controuerſia allegata, dum declaratur per Samuelem, quod erit ius Regis, filios veſtros tollet &c. Nam ſecundum Beatum Thomam non declaratur ius regium, ibi ex diuina inſtit. ſed ex vſurpatione Regum, ius iniquum conſtituentium, & in tyrannidem deſerantium, ſubditoſq. depredantium, quod eleganter auctoritate B. Thomæ declarauit And. de Yſern. in cap. 1 n. 31. verſ. non obſtat in tit. de cap. qui cur. vend. & ſic procedit tex. in auth. item nulla communitas C. de epiſ. & cler. vt perſonæ Eccleſiaſticæ ſint exemptæ ab omnibus impoſitionibus, niſi ab oneribus regalibus, quæ cum rebus tranſeunt, ſecus vero reſpectu onerum impoſitorum perſonis, pro rebus, vt patet declarat Paul. de Caſtr. in d. l. placet, dicens, quod onera, quæ hodie imponuntur, ſunt onera noua, licet inuenta ad ſimilitudinem aſtorum, de quibus exempta ſunt prædia Eccleſiarum, iuxta tex. in l. 1. C. de ep. & cler. quamquam clerici Italici tributa non ſoluant, quia neque Italici, dicit Odoſfr. in l. de his C. de epiſ. & cler. quod plene notat gloſ. in l. omnes C. ſine cenſu, vel reliq. & idem Bald. in d. auth. nulla communitas, & ſubdit, quod ſi eſſet Ciuitas habens regalia, quemadmodum

hæc ciuitas Paduæ propter pacem constantiæ, facere posset prædia tributaria, & tunc, iam de prædijs Italicis, quàm de alijs, sed dico, quod faciendo generaliter omnia prædia tributaria, appareret factum in fraudem, & grauamen Ecclesiarum, hæc Bal.

Ex quibus omnibus patet, quàm extrauagans sit illatio ex tex. in d. cap. omnis anima, & quid ex eo vult inferri ad potestatem Ecclesiasticam, tam distinctam, & separatam à temporali, & in omnibus digniorem, & superiorem, cui potestas temporalis deseruit, & in casibus suis est annexa, vt supra est demostratum, pro sigillo quorum omnium relegatur tex. in d. can. duo sunt quippe 96. dist. vbi quod aurum non tam præciosius sit plumbo, quam regia potestate sit altior ordo sacerdotalis, & reliqua, quæ, ibi, in tex. vbi inter cetera connumeratur potestas excommunicandi Imperatores, & Reges omnes, & refert casus alias successos.

Et propterea dum Bar. in l. rescripta. S. faciendū. ff de mun. & hon. & alibi dicit, quod licet clerici non teneantur ad solutionem collectarum, verum, vt in futurum pro possessionibus acquirendis teneantur, possunt fieri statuta generalia, quod omnia prædia Ciuium sint tributaria pro collectis imponendis, nam dum transferentur in clericos, transibunt cum oneribus regalibus impositis, & ita fecerunt Perusini, quæ cautelæ fuerunt necessariæ dicit, quia Ecclesiæ, & clerici tanti excrescebant in diuitijs, quod possessiones non remanebant ad subeunda onera ciuitatis, sed subdit hoc dicere, salua correctione sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

Hanc Bartoli opinionem reprobat Bal. in l. fin. C. sine censu, vel reliq. nam licet imponens respiciat laicos subditos, causa sit publica vtilitas, tractatur de bonis acquirendis, tamen, quia finis est tollere immunitatem Ecclesiasticam per indirectum, ideo secundum Bal. statutum est nullum factum in fraudem Ecclesiasticæ immunitatis, ac libertatis, & eodem modo reprobat Bart. Paul. de Cast. in d. l. placet. C. de sacros. Eccles & communis opinio est contra Bart. vt per Iason. ibi n. 2. Parpal. n. 77. Felin. in cap. q̄ in Ecclesiarum de const. n.

76. Cardinalis in rep. ele. perpẽdimus de sent. excom. & quod dicitur in statutis Ciuitatis, dicit Bal. procedere etiam in Ciuitate, quæ habet iura regalia in d. auth. nulla communitas, & in Ciuitate libera, reprehendens Bart. dixit esse idem Io. de Plat. in l. fin. C. de extract. trib. libr. 10. quæ notentur, & mẽti teneantur ad intellectum tex. in cap. fin. de im. Eccl. in 6 de quo latius infra tractabimus, nam semper, quod intentio dirigitur ad tollendam Ecclesiasticam immunitatem seu libertatem, licet hoc fiat ex causa publicæ vtilitatis, omne totum est nullum, quia deficit potestas, & Canones testiſtunt.

Et dum tex. in cap. 2. de maior. & obed. dicit, quod in libro Regum, qui non obediunt Principi morte moriantur, & in concilio Agatensi, quod anathematizentur, possent partier isti moderni compositores dare eundem intellectum, quod intelligatur de Principe seculari, respectu vniuersorum laicorum, siue clericorum, & tamen glos. ibi in verbo Principi, exponit, Principi, idest Papæ, respectu Clericorum, cui etiam laici obedire debẽt quoad spiritualia, sicut è cõuerso Principi seculari omnes eius subditi obedire tenentur, & etiã clerici, si temporalia ab ipso tenent, vbi Host. sequendo gloss. exponendo illud, qui non obedient Principi, idest Papæ, & rursus dixit vel dic Principi seculari, quod intelligas quoad laicos. In personis enim clericorum imperium personale non habent, idem Abb. sequendo glossam, exponendo verbum Principi, idest Papæ, dixit quod clericus, si habet temporalia ab Imperatore in feudum, secus autem respectu aliorum tẽporalium, quæ non tenet in feudum tunc enim non tenetur Principi seculari obedire, & idem tradunt ibi Butri. & Imol.

Fundata igitur potestate, quomodo fuit omnis, & spiritualis, & temporalis translata a Deo in Christum, quomodo ab eo in Petrum suum Vicarium, eiusq. successores, quodq. omnia potestas, & spiritualis, & tẽporalis, sicut erat in Christo, fuit in Petro, exceptis his, quæ respiciebant donum excellentiæ propriæ personæ Christi. Verum quoad temporale

gladium limitata potestas respectu exercitij, quod visum fuit Dei ordinatione per ipsum Pontificem esse conferendũ irreuocabiliter Imperatoribus, Regibus, & Principibus mundi, cum suo iure supremæ superioritatis, & potestatis in casibus necessarijs pro recta mundi gubernatione Christiana populorum institutione, ac ad veræ Fidei operum directionem, vt sic fideles omnes ad illum supranaturalem finem æternæ gloriæ aspirare possent, remanet propterea absoluta quæstio, quòd omnis suprema potestas est à Deo in Pontifice Maximo, locum veri Dei in terris tenente, suoq; nomine, eiusq; vice omnia gerente, & sic dubitare de sua potestate, esset de Dei potestate dubitare, & consequenter, qui Pontificis potestati resistit, Dei ordinationi resistit, & rursus si exercitio potestatis temporalis Principum seculi quis resistit, pariter ordinationi Dei resistit, quia Dei voluntate illud administrant, à Pontificibus illis vt supra concessum. Et de his hactenus, calamus manum transportauit, nihil hæc ad casum, sunt equidem notoria luppis, & tonsoribus, nec ista tempora similes disputationes admittunt, est Fides Christi firmata, immaculata, & ab omnibus custodita, & defensata, Sancta Mater Romana Ecclesia, eiusq; potestas, immunitas, & libertas adorata, & obseruata, Pontifex Maximus omnibus superior, tanquam verum Deum repræsentans in terris, honoratus, admiratus, obeditus, amatus, & reuerentiatus, verè loquutus sum prouocatus, quia zelus domus tuæ comedit me, & ideo excusatione dignus, oportet satisfacere non solum sapientibus, sed insipientibus, & discolis, & insuper peruersis cogitationes malas, ac iter cœptum interrumpere.

Dixi, quòd, quæ supra discussa sunt, non faciunt ad casum.

Nam cum versemur in facto rerum merè spiritualium, & Ecclesiasticarum, & de personis Ecclesiasticis, & de spectantibus ad immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam, atque ad potestatem Pontificis super eis: vnde quid oportet insistere, si Pontifex habet vtrumque gladium, habitu, & actu, siquidem de spirituali nemo dubitauit, nec pariter de temporali, quatenus deseruit, & est necessarius pro exercitio

gladij ſpiritualis; vnde, quod Principes mundi habeant temporalẽ gladium actu, & habitu, Pontifex ſpiritualem eodem modo, & omnes immediatè à Deo, & iuriſdictiones ſint diſtinctæ, & ſeparatæ, hæc fundant intentionem Pontificis, ſi quæ tractantur, ſunt de ſua iuriſdictione ſpirituali, ad eius effectualem exequutionem, poteſt Summus Pontifex vti gladio temporali, & ad ipſius nutum omnes Principes, omnesq. Reges, & Imperatores illum exercere debent pro defenſione Romanæ Eccleſiæ, quo hucuſque vſus non fuit, ſed tantum ſpirituali, procedendo ad excommunicationem, & poſtquã de his, quæ attinent ad ſpiritualem iuriſdictionem Papa eſt iudex abſolutus, vt ſupra demonſtratum eſt, remanet videndum, ſi quæ tractantur ſunt contra libertatem, & immunitatem Eccleſiaſticam, & cõtra Pontificis ſummam poteſtatem.

Deueniendo ad factum propoſitum, magnum equidem eſt hoc, quod audiuimus, ſiquidem quicquid diſputamus, & poſitum videmus in propatulo, omne, & totum ex parte Pontificis conſiſtit in caſibus iurium, & in communibus Doctorum opinionibus, & quæ ex parte Dominorum Venetorum in argumentis, & in conſideratiõnibus ab eiſdem iuribus, & Doctorum communibus opinionibus confutatis, & reiectis, quæ in ſcholis gratia diſputationis poſſent proponi, & cum magna proteſtatione, vt fecit Bart. in illa quæſtione de prædijs tributarijs, ſed dum veritatem attendimus in re tam graui, tam ſcandaloſa toti Chriſtianæ Reip. & cum S. Romana Eccleſia, certè eſtupeſco.

Sed ne in totum ſint inutilia, quæ ſupra notauimus, faciamus primam concluſionem, quod ſtante ſuprema Pontificis poteſtate, continente verumque gladium, modo, quo declarauimus, quòdq. in arduis negotijs habet iuriſdictionem plenam in temporalibus, & maximè ad effectum, cuſtodiam, & obſeruantiam Eccleſiaſticæ poteſtatis, eiusq. immunitatis, ac libertatis, quòd nullus negat, & in hoc non eſt controuerſia, & dicitur hunc exercitium gladij temporalis defenſiuum, quod nunquam fuit ab habitu ſeparatum, quodque declaratio, ſi quæ tractantur, concernant ſpiritualem poteſtatem,

statem, ad Pontificem spectat, & in hoc pariter est demonstratum, esse contra ordem omnium opinionem, & Papa sic eò fulto declarauit, & insuper demonstratum est à declaratione Papæ, licet iniusta, non posse recedi, sed ei obediendum, etiam quòd personæ non essent subditæ, nec ratione personæ, nec causæ, igitur in quo consistit disputatio? & ad quid tantus rumor? sunt ne hæc recondita? sunt noua? nonne sunt leges declaratæ, obseruatæ, & traditæ à mundi redemptione?

Rursus si quæ tractantur, sunt de iurisdictione mere spirituali, de Ecclesiasticis rebus, factis, & personis, quorum iudicium absolutum, & indubitatum est Papæ in omnibus, & super omnes ex vniuersali iurisdictione, quæ in concernentibus spiritualitatem habet in vniuerso mundo, vt supra declaratum est, ergo si Papa declarauit, quomodocumque fuit declaratio, illi erit standum, & ei patendum, & non licere, nec minimum quidem verbum contra Pontificis declarationem, et excommunicationem proferre, vt est demonstratum auctoritate Innocentij, communiter ab omnibus sequuta.

Sed vlterius, vt mundo innotescat notoria nullitas censurarum publicatarum, quodq. Summus Pontifex, et Sancta Romana Ecclesia non est actrix, sed tanquam rea prouocata, & offensa se defendit à turbatione, & violentia Dominorum Venetorum, quod cuique licet iure naturali, et diuino, sed assumendo propterea statuta edita per Dominos Venetos, videamus, si illa sunt contra libertatem Ecclesiasticam, ipsiusq. immunitatem, ac contra omnem Romani Pontificis potestatem, præsuppositis conclusionibus indubitatis, quòd omnia statuta contra Romanam Ecclesiam, seu ipsius libertatem, et immunitatem, siue directè, siue indirectè, sunt ipsi iure nulla ex leg. fin. in cap. Ecclesiæ S. Mariæ de const. in cap. fin. de immun. Eccles. lib. 6. in auth. cassa, et irritu. C. de sacros. Eccl. in tantum, quod communiter scribentes studiderunt, quod si ex statutis fierent laici timidiores, contrahendo cum Clericis, seu Clerici cum laicis, erunt illa inutilia, et nulla, de quo per Bart. et scriben. in d. auth. cassa, et

irritu,

ibita, per Canoniſtas in dicto cap. Eccleſiæ S. Mariæ, per Abba. Anchar. & ſequaces in cap. nouerint de ſenten. excommun. et contra libertatem Eccleſiaſticam, dicentur ſtatuta, ſiue ſint contra priuilegia Eccleſiæ, Eccleſiaſticiſque perſonis conceſſa, ſiue contra ea, quæ illis de iure communi competunt, imò dicunt hunc eſſe caſum fortiorem, & hęc eſt communis, vt per Felin. & Decium alleg. cap. Eccl. S. Mariæ.

Et inſuper in hoc aduertatur, facio aſſumptū, quod omnes leges, omniaq. ſtatuta laicorū quomodolibet expreſſam mentionē facientia Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum perſonarū, ſunt ipſo iure nulla ex defectu poteſtatis, etiam quod eſſent in fauorem, & hæc eſt concluſio communis, & indiſputabilis omnium Doctorum, tam ciuiliſtarum, quam canoniſtarū, & vt radicitus veritas huius articuli habeatur, & ne erremus in vera cognitione terminorum, ponam propria verba tex. d. cap. Eccl. S. Mariæ.

Eccleſia ſanctæ Mariæ. & infra. Nos attendentes, quod laicis etiam religioſis ſuper Eccleſijs, & perſonis Eccleſiaſticis nulla ſit attributa facultas, quos obſequendi manet neceſſitas non auctoritas imperandi, a quibus ſi quid motu proprio ſtatutum fuerit, quod Eccleſiarum reſpiciat commodum, & fauorem nullius firmitatis exiſtit, niſi ab Eccleſia fuerit approbatum. Vnde ſtatutum Baſilij de non alienandis prædijs ruſticis, vel vrbanis miniſterijs, vel ornamentis Eccleſiarum illarum, reprobatū fuit potiſſima ratione, quod auctoritate non fuit Romani Pontificis roborarum.

Et ſic tex. facit, primo regulam generalem, quodcunq. fuerit à laicis ſtatutum etiam reſpiciens commodum Eccleſiarum & fauorem, nullius eſt firmitatis, & hoc præcipuè ex defectu poteſtatis, & demum facto hoc fundamento, ex hoc annullat ſtatutum illud Baſilij factum in fauorem Eccleſiarum, ex quo patet ſatis abertare, qui volunt reſtringere hanc decretalem ad bona acquiſita Eccleſiæ, cum fauor, & commodum conſideratur tam in acquiſitis, quàm in acquirendis, concluſio eſt generalis, & lex ſemper loquitur ad rem. in l.

arti-

trianus C.de hæret, vbi Bar.notat, & de sui proprietate ad futura,& nõ ad præterita prospicit,& prouider, dicit tex. in cap.fin.in fine,vbi bona glol.& Canonistę de cõst.l.meminerint,& ibi Bal.C.de legit.hered.in l.fin. & ibi Bar. C.de pignor.& ratio generalis, quæ est defectus potestatis,comprehendit tam acquisita,quã acquirenda, & ex hac ratione annullatur ibi statutum Basilij in casu suo,ex illa generali conclusione complectente præterita,prętenta,& futura,scilicet quod in Ecclesiasticis personis,secularis potestas omni caret iurisdictione,quomodocunq. disponere velint, siue in fauorem,siue in damnum, & siue super rebus de prętenti,siue de futuro,nam semper verum erit dicere statuere super Ecclesiasticis,& statutum pariter Basilij erat tam respectu bonorũ acquisitorum,quàm quomodocunq.in futurũ acquirendorũ ex natura legis,quæ vt diximus, semper loquitur.

Et huic text.est conformis tex.in canon.bene quidem 96. distinct.

Abbas ibi hanc facit distinctionem ab omnibus sequutus, nemine penitus dissentiente, quod quando lex expresse loquitur de Ecclesijs, aut Ecclesiasticis personis, est penitus nulla, etiam in fauorem, & sic pariter statutum ex defectu potestatis,cum humanæ vires à potestate leges condentis, vel statuentis,nisi fuerit lex priuilegiatiua,quia tunc cessat ratio superioritatis,& est in arbitrium Ecclesiæ vti,vel non vti priuilegio, & si esset fundata super ratione naturali, posset illam iudex Ecclesiasticus seruare, non ex ratione legis, sed ex vi rationis naturalis,si autem lex est generalis,non faciens mentionem de Ecclesijs,aut personis Ecclesiasticis, si est alias contra priuilegia Ecclesiæ, nullo modo tenet, & sic pariter statutum,& eodem modo si sit præiudicialis, & præiudicialis dicetur secundum Abb. quando confert incõmodum absq.alio commodo. Hæc Abb.

Bart.in l.cunctos populos C.de sum.trin & fid.catbol. dicit,quòd quando lex,vel statutum loquitur expresse de personis,aut rebus Ecclesiasticis, est ipso iure nullum per tex.in cd.ap.S.Mariæ,si vero est generale, non faciens mentionem.

de

de Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis, & nō est contra privilegia Ecclesiæ dicit, tenere, si est rationabile, & in hoc vltimo est communiter reprobatus, quia semper præest defectus potestatis, & consequenter obstat dispositio tex. in d. cap Eccl. S. Mariæ, ita Bart. ibi, & communiter omnes in eod. cap, & propterea Dec. post alios dixit ibi, quod omnes leges in tit. de sacros. Eccles. & in tit. de epis. & cler. quæ de Ecclesijs, aut bonis Ecclesiasticis loquuntur, nullius sunt momenti, vt ibi per eum n. 24. & ibidem Felin. n. 81. qui dicit hanc esse communem contra Bart. nam nec favor, nec causa quælibet rationabilis, & honesta, atque publica potest tribuere iurisdictionem eam non habenti, & ideo quando statutum, seu lex loquitur expressè de Clericis, seu Ecclesiasticis personis, nō adest discrepantia inter Doctores; vnde siue tractemus de causa publica, siue tractemus de bonis acquirendis siue de laicis personis, dummodo factum sit voitum etiam Clericorum, ipsosq. tangat, tunc quia semper viget defectus potestatis, & pariter defensio immunitatis, & libertatis Ecclesiasticæ, semper statutum est nullum, & hæc est ratio, quare Doctores communiter concludunt contra Bartolum etiam in statuto generali, & hic est casus tex. in d. cap. fin. de immun. Eccles. in 6. cuius infrascripta sunt verba.

Eos, qui temporale dominium obtinentes suis subditis, ne Prælatis, ac Clericis quicquam vendant, aut emant aliquid ab eisdem, neque ipsis blandum molant, coquant panem, aut alia obsequia exhibere præsumant aliquando interdicunt, quæ tanta in derogationem libertatis Ecclesiæ præsumantur, eo ipso excommunicationis sententiæ decernimus subiacere.

Ita q̄ statutum erat inter laicos subditos de bonis illorum vendendis, & acquirendis, sed quia præsumitur factum in fraudem, & derogationem Ecclesiasticæ libertatis, & facit mentionem expressè de Clericis, propterea annullatur, quod peroptimè declarat Lapus in allegat. 92. Ex quo tex. Doctores fecerunt communem, & indubitatam conclusionem, statuta omnia dicit contra libertatem Ecclesiæ quomodolibet prohibeant, quod laici cum Clericis non contrahant, ita

Anchar. Gem. & Fran. in d. cap. fin. quos allegat, & sequitur Dec. in d. cap. Eccl. S. Mariæ 1. col. non obstante, quod loquatur cum laicis subditis, & de contractibus futuris, quia (vt dixi) semper offensio libertatis Ecclesiasticæ, est de præsenti, & nil refert, quod loquatur statutum in futurum, si dirigitur contra Clericos, & siue de præsenti, siue de futuro, semper dicetur exercere iurisdictionem in Clericos per indirectum, & præiudicari immunitati Ecclesiasticæ, vt diximus supra in quæstione illa Bartoli de prædijs tributarijs pro futuris alienationibus faciendis in personas Ecclesiasticas, quod notabiliter declarauit Anch. in d. cap. fin. dicens, quod Dominus non potest prohibere subditos, ne contrahant cum personis Ecclesiasticis, quodq. paria sunt directè, vel indirectè prohibita attentare, & sicut constitutiones laicorum non possunt directè ligare Clericos, similiter nec indirectè, pura prohibendo subditos, ne cum illis contrahant, vel ministeria faciant, non enim refert cum quo quis loquatur, sed in quem voluntatis intentio dirigatur, &c. vbi latè, & elegan ter prosequitur, quæ latius infra exarabimus, & optimè hæc omnia discutit, & comprobat distinguendo terminos, & decisiones, Surd. in cons. 307. vol. omninò videndus, vbi declarando materiam validè fundat ex communi Doctorum conclusione nullo modo valere statuta mentionem facientia Ecclesiasticarum personarum etiam in fauorem ex defectu potestatis, cum fauor non tribuat iurisdictionem, & semper dicetur damnosum, dum ratione commodi per indirectum, veniunt Clerici subiecti sæculari potestati, amittendo per hoc priuilegium exemptionis, aliud est enim, quòd Clerici ad certa onera teneantur ex vi rationis, non vigore legis, aut statuti, & aliud est, quis potest ad onera soluenda compellere, vt declarauerunt Io. And. & alij, & Nauar. in suo Manuali, & hoc voluerunt dicere Theologi terminos non distinguentes, videlicet statuta rationabilia comprehendere Clericos, idest teneri ex vi rationis, sed per Iudicem suum prouidendum secundum decisionem Abbatis communem, & omnium, quæ, vt dixi, Surd. eleganter explicat, vt sic ex dictis

dis Doctorum faciamus tres conclusiones. Prima est, quod statutum faciens expressam mentionem Ecclesiasticorum, vt laici cum Ecclesiasticis non contrahant, est ipso iure nullum, & in hoc nemo contradicit. Secunda conclusio, quod quando statutum est generale, & non facit mentionem Ecclesiasticorum, sed per indirectum est contra priuilegium Ecclesiæ, vel quomodocunque est præiudiciale, & afferret incommodum Ecclesiasticæ libertatis, quod pariter respectu Ecclesiarum, est ipso iure nullum, & in his duabus conclusionibus non est contradictio, nam Bart. Abb. & omnes suos concordes. Tertia conclusio est, quando statutum generale non faciens mentionem de Clericis, est honestum, & rationabile, & non contra priuilegia Ecclesiasticorum, an liget Clericos. Bartolus dicit ligare, Canonistæ omnes, & etiam Ciuilistæ ipsum reprobant ex defectu potestatis, quam non habent laici statuentes in Clericos, & Ecclesiasticas personas, sed quando statutum erit rationabile ex vi rationis, non ex vi legis secularis potestatis per suum iudicem competentem prouidebitur circa obseruantiam contentorum in statuto, qualis non est casus, de quo tractamus, nam est statutum expressum in Ecclesiasticas personas præiudicialissimum contra libertatem, & immunitatem Ecclesiasticam in fraudem illius te, & consilio, & omnis illius finis fuit perimere, & tollere in totum Ecclesiasticam libertatem, atque immunitatem, quam in tantum leges custodierunt, voluerunt. à nemine perturbari, nec quoquomodo in eorum libertate Ecclesiasticos inquietare, quod annullauerunt quælibet legem, prouisionem, siue statutum, quæ, vel quod fieret contra propinquos, siue familiares Prælatorum, in illorum odium, & per indirectum ad illorum immunitatem, ac libertatem tollendam, dum illi suo tantum iure iustè, & debitè vtuntur, sed ad ipsorum venerationem contra laicos propinquos procedituꝛ, de quo per Bart. in l. 1. in fin. ff. de his quæ pœn. nom. vbi bona additio in l. hi qui pœn. C. de agric. censi. lib. 11. Felin. 10 cap. Ecclesiæ sanctæ Mariæ nu. 99. & ibidem Dec. nu. adest specificum Cap. nostri Regni

Regis Caroli II. incipiẽs statuimus in cit. de priud. & immu. Eccl. in quo sunt etiam particularia Capitula imponentes tale casu certã pœnã excõmunicationis, vt in cap. quicunq. de sent. excom. in 6. & melior text. in cap. sicut cuncti de elect. eod. lib. vbi omnes Canonistæ, & ratio est secundũ Probum ibi in additione ad Io. Monach. quia indirectè omnia fiunt cõtra Ecclesiasticam libertatem, nam & si cum laicis loquatur, finis & intentio est contra Ecclesiasticam personam, vt ex vexatione propinquorum ille detrahatur a debita officij administratione, & in præiudicium Ecclesiasticæ libertatis, & immunitatis sẽ, & sui laicali iurisdictioni subijciat, & in hac materia secundum Probum post Anchar. finis, & intentio attenditur, quamquam contra laicos prouisiones dirigantur, in quo pariter est specifica Bulla Cœnæ, ob quod non oporteret vagare in argumentis, si omnia sunt disputata, & concluſa per Doctores communiter in propijs terminis, vt scholis enim legendo ad eruditionem scholarũ, & tyronum, possunt omnia proponi, vt dicimus, sed hic de veritate agimus dicenda coram Deo, & hominibus in re tam graui, & scandalosa, in qua tractatur de Ecclesiastica libertate, & immunitate, de potestate Glauium, vsurpatione Ecclesiasticæ iurisdictionis, ac furum sanctæ Matris Ecclesiæ, attendenda suat cõmuniter tradita in propria quæstione in qua versamur, vt cessis subtilitatibus, ambagibus, & tot inuentionibus, & propterea recenseamus statuta, & videamus, quid iura, & quid Doctores super eisdem statutis indiuiduatim respondent, nam hoc cognito, non opus erit tempus conterere in respondendo argumentis, & alijs, quæ adducuntur membranas in vanum occupando si omnia sunt proposita & in medio adducta ab eisdem Doctoribus, qui communiter propriam quæstionem definiunt.

Statutum igitur est, quod non vendantur immobilia Ecclesijs, siue Ecclesiasticis personis absque licentia Principis quocunque titulo, nec etiam per testamentum relinquantur vltra biennio, alias biennio elapso, vendantur laicis personis.

Statutum istud est expressum in Ecclesiasticas personas pro-

prohibendo laicos cum clericis contrahere, & non vagando in superadditis, sed restringendo articulum, dico, quod Doctores communiter posuerunt propriam quæstionem in casu forsan, videlicet quãdo statutum est generale, prohibens alienationẽm in non subditum, an illud valeat respectu Ecclesiæ & sic non est expresse Ecclesia, nec persona Ecclesiastica. Posuerunt insuper quæstionem quando est expressa persona Ecclesiastica, & vltimo posuerunt quæstionem, quando statutũ non est absolutè prohibitum in non subditum, sed cum qualitate, videlicet absque assensu Principis, & hoc in statuto generali, non faciente mentionem Ecclesiasticorum.

Primam quæstionem, quando statutum est generale, vt nõ fiat alienatio in non subditum posuit Bar. in l. vnum ex familiæ S. diui, de leg. 1. & auctoritate Oldradi determinat valere quoad forenses, sed non quoad Ecclesiam, quia esset contra libertatem Ecclesiasticam, vbi Aog. dicit sequendo Bart. esse casum decisum per tex. in d. cap. fi. de immun. Eccles. qui textus ponit casum, quando statutum est expressum, quod non possit alienari in clericos, sed quia tex. se fundat in præsumptione fraudis Ecclesiasticæ libertatis, Doctores eadem præsumptione extendunt etiam, quando statutum non facit expressam mentionem clericorum, sed potest per indirectum præiudicare Ecclesiasticæ libertati, & hoc ex mente comprehensiua eo vt eiusdem rationis, quod bene discurrit Surd. in alleg. cons.

Alex. ibid. confutando Bal. qui contrarium tenuit in cap. electi de iudic. & in cap. quæ in Ecclesiarũ, & in cap. Eccles. sanct. Marin de const. dicentem, quod quilibet priuatus potest ponere hanc legem rei suæ, concurrit publica vtilitas, tractatur de bonis acquirendis, & prohibito est laicis subditis, quibus rationibus nõ obstantibus, Alex. sequitur Bar. nam in querendis, & in laicis subditis loquitur tex. in d. cap. fin. sed, vt dictum est, in hac materia, non respicitur cum quo loquatur, sed in quem finis intentio dirigatur, & respectu libertatis Ecclesiasticæ, & potestatis defectus, non datur differentia inter bona acquisita, & acquirenda, inspecta potestate

sta-

statuentis, nec cõsideratio publicæ vtilitatis, quæ principaliter mouet statuẽtes, tollit defectum potestatis, nec facit, quo minus libertas Ecclesiastica non remaneat sublata, & hoc est quod dicit Abba. Bart. & quod dicunt omnes, vt quando lex vel statutum est generale, quamquam rationabile, sed potest afferre præiudicium, vel incommodum Ecclesiasticis, vt nullo modo teneat, ita, quod non releuat vtilitas prædicta, dum offenditur vtilitas Ecclesiastica, fitq. illius libertati, & immunitati præiudicium, vltra quod talis vtilitas non consideratur, & est contemnenda respectu Ecclesiæ propter publicam vtilitatem animarum, & ob seruitium diuini cultus, tanto præstantius, & tanto vtilius, quanto anima est præstantior corpore, & honor Dei, Deus, & seruitium rebus humanis, & terrenis, & si ea ratione, quia personæ Ecclesiasticæ sunt exemptæ à muneribus, & consequenter, quod ex hoc Ciuitates, & Respub. damno afficiuntur, statuta subsistorent, vana fuissent priuilegia concessa Ecclesiæ, atque personis Ecclesiasticis, cum semper eadem ratio, eademq. publica vtilitas militauit, & militat, & quod concludit quæstionem, & addit eã iodubitabilem, est, Nam sancta Mater Ecclesia omni charitate & misericordia plena, quæ aliud non attendit, nisi iustũ, & rationi consonum, hæc omnia considerans, consulere voluit vtrique parti, mandando quod vbi laicorum non suppetunt facultates in casibus necessarijs publicam vtilitatem tangentibus, recurratur ad Episcopũ, & Clerũ loci, & consulto Pontifice, cuius interest communi vtilitati prouidere publicis necessitatibus succurratur, vt in cap. non minus, & in cap aduersus de immunit. Eccles. quæ fieri debent, consulto Pontifice, dicit Abb. in d. cap. non minus, propter quorumdã imprudentiã dicentium, talem necessitatem, & vtilitatem semper subesse, vbi Io. And, & omnes Canonistæ, & ex hoc cessante defectu potestatis, omnes rationes, quæ ex aduerso considerari possunt, erunt inductiuæ, & causatiuæ, vt Pontifices in casibus occurrentibus prouideant, & ideo omnes rationes ponderatæ, cum consideratione, de qua supra, apparent vndique vanæ, nam ex prędictis consulitur publicis ne-

cessi-

ceſſitatibus per Canones cum iodemnitate Eccleſiaſticę immunitatis, ac poteſtatis, & ratio illa, quod non debent eſſe deterioris conditionis, ſtatuentes priuatorum, qui propriis bonis legem ponere poſſunt, ne transferantur in Eccleſiam, minime militat, cũ non fiat hoc auctoritatiuè, nec per modũ iurisdictionis, nec in re particulari propter cauſam particularem poteſt conſiderari fraus, nec finis fraudandi, quæ in ſtatuto vniuerſali decisio eſt ſynodalis Bal. ſic diſtinguentis in l. fin C. de pactis int. emp. & vend. quæ optimè declarat idẽ Surd. in conſ. 2. 1. vol. poſt Cron. in repe. dicti. S. diui, o. 80. qui ſequitur opinionem Bart. & in terminis dicti cap. fin. de immun. Eccleſ. omnia hæc erant, videlicet, diſpoſitio inter ſubditos ſtatutum continebat id, quod alias priuati facere poſſent, erat in bonis acquirendis, conſiderabatur publica vtilitas, quibus non obſtantibus, determinatur ſtatutum eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam.

Et Bal. ſibi contrarius in l. fin. C. de ſacroſ. eccleſ. dicit valere ſtatutum, quod non poſſit fieri alienatio in forenſem, ſed quod non comprehendit Eccleſiam, & dicit, quod hæc eſt veritas, ibi num. 19. quia deficit poteſtas ſtatuentium contra perſonas Eccleſiaſticas, & eſſet in fraudem immunitatis ipſa tum, vnde de auctoritate Baldi nõ eſt curandum, & ibi Paul. de Caſtr. dicit, quod ſi ſtatutum eſt expreſſum, quod nõ poſſit alienari in Eccleſiam, eſt nullum, ſed ſi tantum, quod non poſſit alienari in forenſem, eſt validum, ſed non comprehendat Eccleſiam.

Ripa. in d. S. diui, dicit opinionem Bartoli eſſe communem ciuilitatum, quam ipſe ſequitur, ibi n. 81. & Ial. in d. l. fin. ſequitur opinionem Bart. quando ſtatutum eſt expreſſum, vt non poſſit alienari in Eccleſiam, vt tali caſu non valeat, quãdo vero ſimpliciter valeat, ſed nõ comprehendat Eccleſiam, & in S. diui, dicit opinionem Bart. teneri ab omnibus, diſputat articulum, & tandem non obſtantibus argumentis pro contraria parte, dicit non eſſe recedendum ab opinione Bartoli, quando eſt expreſſum ſtatutum, quod non fiat alienatio in Eccleſiaſticas perſonas, ſed ſi ſimpliciter loqueretur valeret.

leret, sed non comprehenderet Ecclesiam, vt ibi in prima lectura nu. 71. ob quod non est curandum de dictis per eum in 2. lectura, vbi dicit opinionem Bar. communem, sed ipse videtur sequi opinionem Baldi.

Ferdinandus Lozes in repetitione d. § diui sequitur opinionē Bart. Abb. in cap. etiatum de refram. Butr. in cap. tuam. de decim. Felin. in Eccles. Mariæ n. 89. to. And. Gem. Anch. Philip. Fran. & omnes in d. cap. fin. de im. Eccles. in 6. dicentes articulum esse indisputabilem, quando statutum esset expressum, vt non possit alienari in Ecclesiasticas personas, sed quando nullam fecit mentionem ipsarum ad hoc subsidiendi statutum, quodque statuentes non incurrebant inscensuras, debet interpretari, quod non comprehendit Eccles. alias esset nullum, in tantum, quod voluerunt posse cogi statuentes ad declarandum, quod in statuto non comprehenduntur clerici, & hoc ea ratione, quia etiam statuta, quę facerent timidiores contrahentes non tenent, & ex hac generalitate, possent contrahentes dubitare, & esse timidiores.

Tiraquellus de legibus connubial. connumerat innumeros, hanc eandem opinionem tenētes in gl. 8. n. 170. & Surd. in alleg. cons. 2. n. 134. pariter infinita, & auctores multos, dicentes, hanc esse cōmunem opinionem, collegium Bononiense, idem consuluit in cons. 24. inter cons. Anch. & eleganter per conclusiones, & lucente articulum concludit, sequendo communem, Iacob. Mandellus in cons. 8.

Et dum pro contraria parte contra communem allegatur Iacob. Butri. in l. assiduis C. qui pot. in pig. hab. & in auth. cassa, & irrita C. de sacrof. Eccl. quem volui legere, & pertegere reiteratis vicibus, & in libro meo nō reperi ponere aliā quęstionem, quam quod fieri potest statutum, quod clericus eximatur à protect. cōmunia, quod nihil infert ad quęstionē de qua tractatur, & hæc opinio Butrigarij pariter in casu suo est cōmuniter reprobata, vt per Ang. Alex. & reliquos in d. §. Diui, & per Io. And. & ceteros scribentes in d. cap. fin. & Salicet. qui pariter pro contrario allegatur in l. 1. C. de sacrof. Eccl. non reperi, quod in libro meo tangat quæstionem, & ra-

tioni-

tionibus adductis per Signor. in conſ. 21. qui tenuit contrariam ſententiam contra communem, loquentem tamen in ſtatuto generali, reſpondet latiſſimè Alber. in tract. ſtat. in 2. par. 2. quæſt. ita quod Signorol. ſolus tenuit opinionem contrariam, Bal. eſt ſibi contrarius, & pariter Iaſon, vnde omnes Doctores concludunt pro opinione Bart. excepto Signorolo, loquente, vt dixi, in ſtatuto generali.

Ex prælegatis omnes tres quęſtiones propoſitę, ſunt abſolutæ, & deciſæ; nam prima, quando ſtatutum eſt generale, prohibens alienari in forenſem, dicunt communiter valere reſpectu forenſis, & eſſe nullum reſpectu Clericorum, quatenus illos comprehendat, quia per indirectum tollitur immunitas Eccleſiaſtica, & conſideratur defectus poteſtatis, qui caſus eſt fortior ſtatuto, de quo tractamus, quia ibi indirectè præſumitur fieri contra libertatem Eccleſiaſticam, hic verò eſt directè, poſtquam ſtatutum eſt ſpecificum prohibitivum.

Eſt abſoluta pariter 2. quæſtio, quando ſtatutum eſt expreſſum, vt in caſu, de quo agimus, nam tunc omnes vno ore dicũt ſtatutum nullum. quia directo contra libertatem, & immunitatem Eccleſiaſticam, & inſuper nullum ex defectu poteſtatis, & ſolus Bald. tenuit contrariam opinionem, contra quem omnes concludunt, vt ex Bart. in l. cunctos populos, vbi omnes Ciuiliſtę ex Abbate in d. cap. Eccl. ſãctę Mariæ, vbi omnes Canoniſtę ex Io. And. Gem. Anch. & Franc. in d. cap. fin. ex Ang. & cæteris in dicto §. Diui, ex Paul. de Caſtr. & Iaſ. in d. l. fin. C. de ſacroſ. Eccl. qui Iaſ. idem dicit in dicto §. Diui in prima lectura, & in 2. lectura non dicit contrarium, & Signorol. in conſ. 21. vt dixi, loquutus eſt in ſtatuto generali, quæ peroptimè declarat, & cumulat ad hoc deciſiones Surd. in d. conſ. 321. nu. 13. Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fin. quæſt. 82. in verbo ſtatutum circa alienationes, loquitur in proprio ſtatuto Mediolanenſi, & dicit non valere quoad Clericos, & multò magis eſſet nullum, ſi eſſet expreſſum, quod non alienetur in Clericos, aut Eccleſiaſticas perſonas, quo caſu diceretur expreſsè contra libertatem Eccleſiaſticam, & nihil proſus

valeret, & ita dicit tenere omnes Doctores in ista materia loquentes, qui allegat Cassan. in consuet. Burg. fol. 314. num. 51. qui loquitur per eadem verba, quæ decisiones sunt punctuales ad casum, nam statutum Mediolanense erat generale, & non simpliciter prohibitiuum, sed permissiuum, cum assensu superioris, super quo statuto loquitur Signorol. & tamen Doctores communiter in d. §. Diui ponunt casum super suo consilio, & illum impugnant communiter, & sic Iul. Clar. expressè, dicit hanc opinionem teneri ab omnibus. & omnes mouentur ea ratione, quia quando statutum est expressum, obstat tex. in d. cap. Ecclesiæ S. Mariæ, quoad potestatē, & tex. in d. cap. fin. quoad libertatem, & immunitatem Ecclesiasticam, propter quod non oportet vagare super intellectu prædicti tex. in cap. fin. si Doctores omnes prædicti ex dispositione ipsius firmauerunt, statutum, vel generale simpliciter, vel specificum prohibitionis, alienationis in Ecclesiasticos esse nullum, quia stante ista simul, quod causa statuti fuerit iustificata in publica necessitate, & vtilitate, sed ex eademet causa oculos habuerūt principaliter statuentes perquirendi modum tollendi facultatem Ecclesiasticis immobilia acquirendi, vt finis statuentium consequeretur propter immunitatem onerum, qua Ecclesiastici gaudent, ergo statutum directum contra Ecclesiasticam libertatem, & consequenter obstat tex. in d. cap. fin. & in ratione, & indispositione illius, & pariter obstat tex. in d. cap. Ecclesia S. Mariæ. Nam cum in hac materia, vt dictum est, non attendatur cum quo loquatur, sed in quem finis intentio dirigatur, & cum intentio sit contra personas Ecclesiasticas, statutum est nullum ex defectu potestatis, & si hac ratione attenta, dispositio fanorabilis non tenet, quanto magis odiosa, & quæ libertatem Ecclesiasticam tollit, & quæ tantum præiudicium affert.

Et si pariter demonstratum est non valere statuta generalia facientia prædia tributaria, quia per indirectum grauaretur Ecclesia, & tamen tractatur de bonis acquirendis de eadem vtilitate publica, statutum est in laicos subditos, mi-

litat

litat eadem ratio pacti priuatorum, ergo quanto magis hæc procedunt, quando statutum est expressum, prout ex eadem ratione communiter tradiderunt non valere statutum generale, prohibens vendi bona non subsistentibus onera, quia per indirectum prohibentur Ecclesiæ emere, & offenderetur earum libertas, vt per Cardinalem in d.cap.perpendimus n. 87. qui pariter hanc firmat opinionem in vtroque articulo, vt supra discusso, & latius per Felin.in d.cap.Ecclesia sanctæ Mariæ.

Tertius articulus propositus est, quando statutum non est absolutè prohibitiuum, sed dicit, quod non fiat venditio absque assensu Principis, & hic articulus diuiditur in statuto generaliter loquente, nulla facta mentione Ecclesiasticorũ, & in statuto expressè de Ecclesiasticis, vt est de quo tractamus.

De primo statuto generali absque mentione Ecclesiarũ, Ecclesiasticarumq; personarum loquutus fuit Albertus, & ipse fuit auctor quæstionis in tract. statutor. 2. par. in vltimis verbis, vbi post disputatam opinionem Signoroli, & conclusa quæstione contra illum pro opinione Bart. & communi, dicit, quod potest saluari statutum, si non est simpliciter prohibitiuum, vt puta si diceret, quod non possit fieri alienatio sine licentia superioris, quem refert Dec. in d.cap.Eccles. S. Mariæ ante nu. 56. vet. conclusio: tamen facta, qui lentiens difficultatem tex. in l. apud Iulianum. §. constat de leg. 1. vbi assensus superioris reputatur impossibilis, & propterea dispositio corruit, facta sub cõditione assensus superioris, ob id dixit Dec. quod bene procedit dictum Alberici, quia solitus est præstari superioris assensus, & de facili impetratur, quo casu, cum non sit impossibilis, limitatur dispositio tex. d. §. constat.

De statuto verò expressè loquente de alienatione facienda Ecclesiæ, vel Ecclesiasticis personis, cum conditione præstationis assensus, & non aliter, loquutus est Clarus implicitè in loco vbi supra allegato, nam ponit casum in statuto Mediolanense, qui est cum qualitate assensus superioris,

& est statutum generaliter nulla facta mentione Clericorũ, & Clarus dicit, quod est nullum, licet sit generale, sed multo fortius erit nullum si sit particulare, nec vidi Doctorem contrarium tenentem. Nam Bald. in cap. Eccl. S. Mariæ, & in cap. quæ in Ecclesiarum, ponit casum in statuto simpliciter, quod bona non alienentur in Ecclesiam, & in cap. Clerici de iudit. ponit casum in statuto Mediolanensi, sequens opinionem Signoroli, qui tamen in l. fin. C. de sacros. Eccl. tenuit contrariam opinionem, sequendo illam Bartoli, & communem, & omnes illum reprobauerunt.

Hic casus quando statutum est expressum iuste, non fuit dubitatus, licet adsit clausula illa superioris assensus, quia, vt supra diximus eo ipso, quòd statutum laicorum loquitur de Clericis quomodocumque, etiam in fauorẽ, est penitus nullum ex defectu potestatis ex teg. tex. in dicto cap. Eccles. S. Mariæ, & si est præiudiciale damnosum, & contra libertatẽ, & immunitatem Ecclesiasticam, tanto magis, nec facit ad casum qualitas assensus, nam aut hæc qualitas est damnosa, præiudicialis, difficilis, & impossibilis, vt infra dicemus, & non alterat conclusiones factas, aut non est talis, sed fauorabilis, & tunc obstat tex. cap. sanctæ Mariæ, quia semper præest potestatis defectus, & hoc est, quod vno ore tradiderunt omnes Doctores, vnde punctus omnis consistit, si quæ circa hanc materiam disponuntur circa laicos, ne alienent in Clericos, habentur, ac si in Clericus verba dirigerentur, ne ipsi emant, quo casu nihil facit ad rem respectu potestatis, quod hoc sic statutum simpliciter, vel cum qualitate, cum nec vno, nec alio modo laici habeant iurisdictionem in personas Ecclesiasticas aliquid statuendi, & hoc est, quod Doctores communiter tradiderunt, & præ alijs præcipuè Anchar. in d. cap. fin. quòd in ista materia, vt sæpius diximus, non est inspiciendum cum quo statutum loquatur, sed in quem statuentis intentio dirigatur, & verba sunt tex. notab. ad hoc in l. eum pater. S. donationis de leg. a. Hinc Doctores omnes dixerũt, statutũ esse contra Ecclesiasticã libertatẽ, & contra Ecclesiasticã potestatẽ, dum prohibẽtur laici cũ Clericis contrahere

quia

quia habetur,ac si dictum esset,quod clerici cum laicis non contrahant. Vnde,quod hoc statuatur simpliciter,aut cum qualitate assensus, nil releuat,nam verum est statui in clericos,quod est omnino prohibitum, & rursus, & in hoc aduertatur,est contra libertatem Ecclesię directe. Nam si de iure in fauorem clericorum inductum est, & Ecclesiarum, vt laici libere donare,vendere,testari.& quamlibet aliam contractationem facere cum clericis sublato antiquo abusu, iuxta tex. in l.1.C. de sacrosanct.Eccl.vbi Doctores in can. futuram 12.q. 1.notabiliter Nic. de Neap. Doctor antiquus in l. fin. C. de exact. trib. lib.10. Sebast. Neapodanus celebris Doctor, & magnæ auctoritatis in cap.nostri Regni sub rubr.de priuileg. & immun.Eccles.in cap.incip.Item statuimus,quod possessores, & hoc pro absoluto tenuerunt omnes Doctores in d.§. diui dum fecerunt quæstionem illam,de qua supra, si valet statutum prohibituum alienãdi immobilia in non subditum,quatenus comprehendat Ecclesiam, cum qua dum possunt omnes liberè cõtrahere,videbatur ex statuto restricta eius libertas,& dum licentia requiritur ad vendendum, & emendum, dispositio non dicitur libera, dicit glos.notabilis in clem.dudum in vet. liberis de sepult. Abb.in cap. statuimus de regular.Bal.in cap.quæ in Ecclesiarum de const.vbi Dec.cumulat decisiones, ergo dum laici non habent liberam contractationem cum clericis, libertas illa arctatur, & restringitur,& paria sunt,ac si tolleretur,pro quo est decisio punctualis Anchar.to cons.155.incip.optimis rationibus omnino videnda, & inter cetera ibi declarat regulam illam, vnicuique licere facere in re sua,quod vult,etiam in alterius detrimentum, dum suę vtilitati principaliter prospicit, vt bene procedat.in re penitus propria,non autem in re communi,vel propria,in qua tertius aliquod ius prætendit in ea, vt est Ecclesia,quæ habet hanc facultatem,vt laici possint libere cum ea contrahere,& comercium habere,& sic dicit Anchar. quod arctare hanc liberam facultatem, & limitare hanc potestatem in actibus,qui fundantur in libero arbitrio, in hoc maxima versatur Ecclesiastica libertas,& cõtra libertatem Ecclesiasticã,

quia

quia in eo, quod limitat, tollit.

Hanc decisionem Ancharani dixit Ias. in l. quo minus de flumin. esse communiter sequutam in casu, quo loquitur, qui erat cuiusdam statuti generalis non facientis expressam mẽtionem Ecclesiasticarum personarum, de qua infernia latius tractabimus suo loco, sed quando est expressum, non tenet dubietarem secundum omnes, vt latius infra demonstrabimus, in tantum quod affirmo in hoc non esse Doctorem, qui ausus fuerit contradicère.

Arguo 2. irrefragabili argumento, dixi enim, quod iura, & Doctores, quæ, vel qui hoc si cindistinctè tenuerũt, se fundarunt in eo, quod statutum loquens, quod laici cum clericis non contrahant, habetur, ac si esset directuum in personas clericorum, & diceret, quod nullus Ecclesiasticus possit emere stabilia a laicis, nisi cum Principis assensu, quo casu non est, qui dubitet statutum esse nullum, quia esset statuere in personas Ecclesiasticas non subditas, & penitus exemptas, & contra ipsarũ libertatem, vt præ ceteris expresse notat Dec. in d. cap. S. Mariæ nu. . sed sic est, quod huiusmodi est statutum de quo tractamus, ergo &c. quodq. tale sit probo.

Regula enim iuris est, quod statutum in emptore habet locum in venditore, & è contra, ita Bar. in l. 1. C. de cupr. lib. 11. per illum tex. vbi latius declarat Io. de Plat. quando prohibitio est facta respectu rerum, quod dixit per prius Bald. in l. 1. C. de communi seruo manum. formans quæstionem in statuto compellente aliquem emere, & dicit, quod non cõpellit alium vendere, nec è contra, quia vnum statutum alterum non includit, & demum opponit de tex. in l. 1. C. de cuptes. & soluit, quia ibi prohibitio fiebat ratione rei, & ideo comprehendit vtrumque contrahentem, licet verba dirigãtur ad vnum ex contrahentibus, & sic alia est ibi ratio. Hæc Bal.

Et Angelus in cad. l. 1. de cuptes. dicit quod si statuto cauetur, vt nulli sit licitũ emere frumentũ sine licentia sub certa pœna, & de venditore nihil expresserit, nihilominus habet locũ in venditore, vt incidat in pœnã, quod per prius, dixit

Bart.

Bart. in l. 1. ff. de accept. & idem Bar. in l. legem C. de iudic. uid. rol. ponit idem statutum in venditore, vt poena comprehendat etiam emptorem in statuto non expressum, vt est statutum, dicit ipse, in Ciuitate Pisarum, vt nulli liceat vendere frumentum, nisi in platea, sub certa poena, & de emptore mi dicebatur, & determinat Bart. habere locum pœnam etiã in emptore, quia sunt correlatiua, nec potest dari separatim. Nam posito venditore, ponitur, & emptor, cum ratio sit eadẽ respectu finis alienationis rei, & ob id Io. de Plat. vbi supra dicit, quod quando prohibitio est facta respectu rerum, regula non patitur exceptionem, & opinionem Bartholi, dicit esse communem fac. in cõd. l. legem, & notetur ex prædictis, quod tanta est vis correlatiuorum, quod quando est eadem ratio originem trahens ex connexitate, & necessitate actus, quod extenditur etiam in correctorijs, & pœnalibus ex mente cõprehensiua statuentium, & Abb. in cap. 1. extra locati, posuit casum in statuto continente prohibitionem factã venditori, ne frumentum forensi vendatur, ad hoc ne a ciuitate distrahatur, & determinat, quod licet statutum sit expressum de venditore, cõprehendat etiam emptorem, & hæc est communis opinio, vt statuta facta contra venditorem ratione rerum, censeantur facta contra emptorem, ita resumitur conclusio per Vinium in tract. com. opin. 1. tom. lib. 17. in ver. statutum contra venditorem, nec refert, quod emptor, vel venditor sit Ecclesia, aut clericus, nam aliud est, quod pœna ab ipsis non possit exigi, quodque non valeat statutum respectu ipsorum, & aliud si statutum comprehendat illos ex vi correlatiuorum, & ratione finis, quando est prohibitum ratione rerum, vt in hoc statuto in specie dixerunt Doctores, & signanter Alber. in quæst. signor. quam disputat, vt statutum generale comprehendat clericos, sed non ligat, & sic Bar. in l. 5. diui, de quo hic non est tractandum, cum statutum sit expressum, vt laici non vendant clericis, ad hoc ne bona trãsferantur in exemptos, & sic est prohibitio ratione rerum expresse in personas Ecclesiasticas, ergo haberemus si dictum esset ex natura correlatiuorũ, quod clerici nõ emant à laicis,

fine

sine assensu superiotis,& consequenter statutum istud omnis no nullum,si est statuere in clericos,quod sine licentia superiotis laici non possint emere.

Tertiò,defenditur communis opinio alia validissima argumenta,& dicit statutum istud esse dnlosum,& fraudulentis re,& consilia in permitiem Ecclesiasticæ libertatis, & immunitatis,ergo nullum, quodq. hoc tale sit,probo infrascriptis mediis.

Dnlus est malitia in alterius damnum presumens simulando,& dissimulando,& dicitur dolus velatus,ita Bal.in L.quæ fortuitis C.de pignor.act.& committitur verè aliud agendo, & aliud simulando,& in l.Iurisgentium. S.dnin.main. ff.de pact.& fraus,& dnlus idem sunt, in tantum, quod fraus meæ dolo in eadem l. Iurisgentium S. sed si fraudandi in fin. vbi bona glos.idemque docuit Bar.in l. quod nerua in 2. lectura ff.depos. & propterea non refert cui quo quis loquatur, sed in quem voluntatis intentio dirigatur,vt supra diximus, & datur fraus re,& cons.de qua in l.fraudis ff.de reg. Iur. & datur fraus re ipsa quãdo quid facio gratia mei iuris conseruandi, de qua in l. si quis cum aliter ff.de verb.oblig.& ita declarat glos.in d.S.sed si fraudandi. Verũ,quando fraus p conseruatione rei meæ tenditur in præiudicium tertij, ita quod res ipsa dolum continet,licet nullus dolus interuenerit stipulantis, dicit tex.in d.l.si quis cum aliter in fine, tunc, cum quis petit ex ea stipulatione hoc ipso dolo facit,& ille dnlus,qui certo modo à princ.non videbatur malus,quia ad tuitionem rei, & accipitur pro solertia, quando non est malus dicit tex. in l.t.S.non fuit ff.de dnlo 2. pro astutia exponit ibi glos.qui in tantum,in quantum alteri non nocet, & non sit in alterius iuris machinationem permittitur,sed statim,quod detegitur hoc in alterius damnum est contra ius, & contra bonos mores,& dicent dnlus malus secundum glos.in dicts l.1.S.3,in ver adhibitam,& sic cõstat ex exemplis dnli bene positis per glos.in d S.1.in ver.seruant per Iurecons. ibidem in diffinitione dnli,& in dicto.S. non fuit.

Hic dolus non solum committitur in contractibus, in testamentis,

stamentis, & factis particularibus, sed etiam in legibus condendis, dicit Paul. Iurecõs. in l. 1. de dolo excep. inquiens, ideo hanc exceptionem Prætor proposuit, ne cui dolus suus per occasionem iuris Ciuilis contra naturalem æquitatem prosit, sed an dolo quid factum sit, ex facto intelligitur, & quidõ dolo fit, tam in contractibus, quàm in testamentis, quàm in legibus, vbi glos. in ver. legibus, dicit in legibus condendis, quod dixit, ibi, Ang. procedere in statutis, quæ faciunt Priores, ibiq. Cuman auctoritate Bar. in l. fi. ff. de appel. recip. dicit quod in legibus condendis, committitur dolus, quãdo quoad verba sit statutum generale, sed quoad effectum redundat in odiũ particulare quæ est decisio pactualis ad casum, & Bar. in dicta l. fin. dixit, quod si statutum est factum prima facie generale, sed in veritate contra vnam personam factum est (vt sæpe accidit), potest per superiorem corrigi, vt supra de dolo exceptione in fine prout ponit de dolo, qui committitur in legibus condendis.

Hãc Theoricam magistralem Bart. sequitur Bal. in l. quisquis C. quor. app. non recip. ibi, & est alius casus, in quo non appelletur, videlicet si quis volt dicere statutum iniquum. Nam lex populi generalis seruanda est. ff. de app. recip. l. fin. sed si lex esset specialis, bene posset appellari, & intelligitur secnodum Bart. etiam si verbis sit generalis, & in effectu sit singularis.

Idem Bart. in l. omnes populi de iust. & iure n. 33. communiter sequutus, ponit quæstionem, an à statuto, seu Constitutione liceat appellare, & similiter concludit non licere, si est generale. Verum si statutum, seu constitutio verbis generalibus concipiatur, sed aliquibus legitimis coniecturis probari potest esse factum propter certam personam, tunc licita est appellatio per tex. in d. l. 1. in fin. de dol. excep. vbi dicit Bart. quod contra dolum commissum in lege condenda succurritur læso.

Ideoq. Bal. auctoritate Io. Monaci, dicit in cap. cum ordine de rescrip. in fin. quod quando verba sunt generalia, tunc effecta sunt particularia, quia non possunt comprehendere nisi

vnum individuum, tunc statutum, cum non possit comprehendere, nisi vnam speciem personarum, siue, quod sumitur ex aliquo, & non ex vniuerso, non valet, quia statutum debet esse generale verbo, & effectu, seu adaptatione, quod dicit esse menti tenendum, quia quotidie occurrit, & Bar. io d. l. 1. per illum tex. dixit, quod ex qualitate facti probatur dolus.

Ex his dicimus statutum hoc dolosum factum in fraudem immunitatis Ecclesiasticæ, & contra vnam speciem personarum tantum, qui est casus fortior, & licet loquatur, & verba dirigantur in laicos subditos, hoc est aliud agere, & aliud simulare, cum intentio, & effectus sit tollere Ecclesiasticam libertatem, atque immunitatem, & sub nomine laicorum velatur dolus malus, & machinatio re, & consilio, atque fraus facta contra Ecclesias, Ecclesiasticasq. personas, & cum sit expressum statutum non generale, sed particulare in odium Ecclesiasticæ libertatis, seu immunitatis, & propterea iniquum, & nullum, quo casu, si detur appellatio, si potest dici de iniquitate, si ex coniecturis probatur, si superior prouidere habet, & in hoc non adest alius superior, quam Papa, vt diximus, & ipse iam prouidit, declarando statutum nullum, igitur in quo possunt se fundare Domini Venetî? nam aut negare habent hanc immunitatem, atque libertatem, & insimul summam Pontificis potestatem, quod non est credendum, aut si eam fatentur, non video, de quo possit disceptari, quæ verè, & coram Deo post hæc considerata reperi, licet non tam amplè adducta ad propositum, & tanquam noua, per Ias. in l. quo minus ff. de fund. quæst. 25. num. 155. in casu longe fortiori, & propriè in quæst. posita per Anchar. in allegat. cons. 155. & in cap. Canonum statuta nu. 59. de const. & etiam in cons. 12. cuius contrarium consuluit Bald. in cons. 12. inter cons. Anchar. eiusd. & Calder. in cons. 21. de const. Verum, dicit Iason communem esse pro Anchar. & pro illa consuluisse collegium Bononiense, quod est consilium 13. inter cons. Anchar. & quia consilium hoc Baldi, & Calder. ac etiam Federici de Senis 25. ponderatur ex aduerso,

& di-

& diximus, quod opinio Anchar. eſt communiter approbata, & conſilia hæc ſunt in caſu, quando ſtatutum eſt generale de Cleticis mentionem non faciens, & propterea caſus Ancharani eſt fortior caſus de quo tractamus, ſed quoniam ſtatutum facit mentionem Clericorum, ita quod eſt expreſſum, tunc enim eſt omnino nullum, ſecundum eundem Bald. Calder. Feder. de Sen. qui eſt caſus noſter, & ſic conſilia prædicta retorquentur, propterea ponamus caſus poſitos per prædictos Doctor. ſuper quibus conſului, & quæ ipſi dicunt.

Caſus, ſuper quo conſuluit Feder. de Sen. erat ſtatutum prohibens, quod nullus Comes, Marchio, vel natus de prole militari audeat, vel præſumat, vel per ſe, vel per alium recipere ceſſionem actionis realis, aut perſonalis contra aliquem popularem, & ſic erat ſtatutum conforme iuris communis diſpoſitiui, ne alienetur in potentiorem, erat ſtatutum vniuerſale factum ad euitandas fraudes, & oppreſſiones, quæ popularibus inferebantur à Magnatis, non potuit cogitari de Eccleſia nec directè, nec indirectè, & eſt factum in odium recipientium tales conceſsiones principaliter, & abſolutè.

Quidam Sindicus cuiuſdam Monaſterij ceſsit actiones cuidam Nobili, contra quendam popularem, dubitatum fuit, vtrum ſtatutum in iſto caſu comprehendat Eccleſiam, & determinat Feder. de Sen. quod ſtatutum habet locum, quia non poteſt dici vllo modo factum in odium, nec cogitatum de oppreſsione Eccleſiaſticæ libertatis, propter rationes, de quibus ſupra, ſed bene in odium recipientium ceſsiones tales in popularium oppreſsionem, & demum opponit de quæſtione Oldradi, quam dicit determinaſſe in ſtudio Paduæ, quòd nullus qui ſubiaceat iuriſdictioni Paduæ alienet rem immobilem inter vivos in hominem alterius iuriſdictionis, vel non ſubeuntem onera communia Paduæ, cuique quidam donauerat, vel tranſtulerat in Eccleſiam, determinat Oldradus potuiſſe transferri, & quod ſtatutum non ligat Eccleſiam, licet de Eccleſia non fiebat mentio, & ſtatutum prohibebat laicos ſubditos venditores, quæ eſt propria quæſtio

posita per Bart. in d. §. Diui.

Dicit Feder. de Senis hæc verba formalia, ratio, quare non obstat est ista, quia illud statutum directè, & principaliter processit contra personas non subditas communi Paduæ, sicut ergo in dicto statuto non potuisset legislator expressè vetare, quod nullus posset Ecclesiæ rem suam donare, ita nec tacitè per verba generalia. Item illud statutum erat vniuersale, & generale, & processit in odium non subeuntium onera communis Paduæ, & contra mentem illius decretalis de immun. Eccl. cap. fin. lib. 6. Item per tale statutum non modicum præiudicium fieret vtilitati Ecclesiæ illius loci, si intelligerentur verba, vt sonant, sed in casu nostro illæ conditiones non vendicant sibi locum, &c.

Si ergo Feder. de Sen. tenet, quod statutum prohibitiuũ, ne alienetur in non subditum, vel non subeuntem onera, est statutum directè, & principaliter contra Ecclesiasticas personas, & sicut non potuisset fieri expressè, quod non venderetur illis ita, nec tacitè, sequitur propterea, quod Feder. de Sen. decidit quæstionem pro nobis.

Casus consilij Calderini est, quod Vniuersitas, seu Ciuitas habens molendina in suo territorio, Dominus, vel Commune fecit statutum, quod quicunque laicus portaret bladum ad molendum, solueret duodecimam partem ad ianuã Ciuitatis, & hoc quia ante soluebatur ad molendina, & bladum hoc portabatur extra territorium, propter quod oriebatur penuria in Ciuitate, & hic fuit color, quia verè factum fuit, vt redditus molendinorum Ciuitatis augumentaretur, quia cum hoc per indirectum prohibeatur accessus ad molendina aliorum.

Episcopus loci, qui pariter habebat sua molendina, dicit statutum esse contra libertatem Ecclesiæ, saltem indirectè, quia homines ne duplicatam facerent solutionem, non ibant amplius ad eius molendina, sicut ante statutum, determinat Calderinus valere statutum, & in hoc eodem casu consulunt Bald. in eod. cons. 12. & dum opponit de cap. fin. de immun. Eccl. dicit tex. illum facere pro sua parte ex ratione illius,

quan-

quando fiunt statuta in derogationem Ecclesiasticæ libertatis, qua cessante, valet statutum, vt dicit esse in casu suo, subdens, & in hoc distinguo, quia aut statutum est directè prohibitorium, ne quis vadat ad molendina Ecclesiæ, & non valet, vt in dicto cap. fin. quia immittit falcem directè in messem alienam, & ita sequitur dictum cap. aut statutum per quandam consequentiam tendit ad hoc, & tunc, si antecedens est licitum, & permissum, & trahit ad se consequens, cessat pœna illius capituli, & eodem modo distinguit Bald. & per eadem verba in dicto cons. 12. & sic Calder. & Bald. tenent, quod quando statutum loquens cum laicis expressè, mentionem faceret Ecclesiæ, quod tunc est contra Ecclesiasticã libertatem, & obstaret dispositio tex. in d. cap. fin. quale est nostrum statutum, & in hoc casu Calderini, consuluit contrarium Anchar. & bene collegium Bononiense, & Feder. de Sen. cuius opinionem sequutus est Ias. & dixit esse communem, & respondet Anchar. eleganter, & sufficienter omnibus rationibus Baldi, & Calderini, & dixi, q hæc sunt in casu fortiori, quia loquuntur in statuto, in quo nulla erat facta mentio Ecclesiasticatum personatum, nam, facta mentione, non adest discrepantia, quod statutum est nullum, & sicut in illo casu Ancharani declaratur statutum nullum, quia si laici soluebant ad portam Ciuitatis, credendum erat difficiliter accessuros amplius ad molendina Episcopi, cum duplici onere solutionis grauarentur, & ideò statutum tanquam dolosum te, & consilio contra libertatem Ecclesiasticam, consuluerunt Doctores tam graues, esse nullum, & vnanimiter, & concordes omnes tradiderunt, quando est expressum. Igitur, cum in casu nostro statutum sit expressum, & nullo pacto est credendum, laicos procurare habere licentiam, seu assensum pro venditionibus faciendis Ecclesiasticis, si æquè commodè vendere possunt absque licentiæ requisitione alijs laicis, nec habent quare se intromittere in re tam difficili cum certa scientia, quod erant odiosi, & Duci, & Senatui, propter quod saltem timidiores efficerentur ad vendendum, & licentias impetrandas, quæ omnia

sunt

sunt contra libertatem Ecclesiæ, vt diximus à principio, quæ non solum afflatur, & restringitur, sed penitus tollitur, ideo de nullitate statuti non potest dubitari.

Quartò, & fortius, conditio assensus, est impossibilis in casu de quo tractatur, & consequenter, vel annullatur statutum ex conditione impossibili ex regula tex. in l. impossibilis de verb. oblig. vbi scribent. in §. impossibilis inst. de verb. oblig. quæ sunt regulæ in actibus inter viuos, vel saltem reijcitur, vt dicimus, in vltimis voluntatibus ad tex. in l. s. vbi glos. & Bal. ff. de cond. inst. in §. impossibilis Instit. de hæred. inst. & tunc statutum remaneret simpliciter prohibitorium, ne laici stabilia vendant Ecclesiasticis, & successiuè nullam statuit ex prælegatis, quodq. conditio assensus sit impossibilis, probo in facto, & in iure.

In facto, nam ex ratione, ex qua ex aduerso vult iustificari statutum, quæ est, quia cum bona vadant ad Ecclesiasticas personas, & sic ad manus perpetuas publica munera non subeuntes, hæc eadem facit licentiam impossibilem, & fuit colot quæsitus licentiæ, velaretur oppressio immunitatis, ac libertatis Ecclesiasticę, sub spe, futuri assensus, qui si præstaretur, sequeretur contrarius effectus, propter quem statutum fuit conditum, & illud tolleretur elusorium, quodque hoc sit indubitatum, ponderetur altera pars statuti, quod in tantum vult, vt nullo modo Ecclesiæ, Ecclesiasticæq. personæ mobilia acquirere possint, quod si per testamentum fuerit relicta, mandat, vt post biennij vendantur laicis personis, ergo assensus vndiq. impossibilia.

Quodque de iure sit hoc indubitatum, tex. in d. §. constat annullat ibi illam dispositionem per infrascripta verba.

Sed & prædia Cæsaris, quæ in formam patrimonij redacta sunt sub procuratoris patrimonio, sunt si legentur, nec æstimatio eorum debet præstari, quoniam comercium eorum nisi iussu principis, non est, cum distrahi non soleant.

Ex hoc tex. sumunt Doctores conclusionem, quod consensus Principis, habetur pro impossibili, in quo aduertatur, quod non requiritur impossibilitas totalis, sed sufficit, quod

non

non ſoleant diſtrahi ſabſque aſſenſu Principis, ex quo Bald. ibi notat, quod id quod eſt valde difficile, habetur pro impoſsibile, ibiq. Alber. auctoritate Dini, dicit quod nó requiritur, quod ſit impoſsibile, vel quaſi impoſsibile, ſed ſufficit, quod ſit difficile, & propterea quod non poteſt fieri niſi per Principem, impoſsibile reputatur, ob quod actus annullatur, hinc Bar. ibidem tradidit, quod illud, quod non poteſt expediri abſque licentia Principis, eſt ita difficile, quod reputatur impoſsibile, ex quo infert, quod relicto podere fratribus mẽdicantibus, cum onere, quod debeant ibi conſtruere locum, vbi morentur, dicit quod onus relictum, non valeat, quia hoc eſt impoſsibile, ideſt multum difficile, cum non poſsint locũ nouum aſſumere, niſi Romano Pontifice cõſulto, & ſic reijcitur conditio, & hæc eſt propria theorica Bartoli, quam ſequuntur ibi Bal. Ang. & Alex. & generaliter omnes ibi concludunt, quod ex magna difficultate, quæ conſideratione in obtinenda licentia Principis, reputatur conditio taliter impoſsibilis, vt propterea, vel reijciatur, vel diſpoſitio in totũ annulletur ſecundum diſtinctionem, de qua ſupra, actuum inter viuos, vel in vltima voluntate. ita ibi, Bar. Bal. Alber. Ang. Aret. Paul. de Caſtro, Imol. & omnes, & aduertatur ad aliud notabile ſatis ad propoſitum, quod non attenditur, vt id, quod eſt multum difficile, ſeu reputatur impoſsibile, poſsit poſsibile per Principem fieri, ſed ſufficit, quod ſecundum regularem diſpoſitionem habeatur pro impoſsibili, licet poſſet poſtea tractu temporis poſsibile fieri. Ita Alber. Imol. & Paul. de Caſtr. in eod. S. conſtat, de quo eſt caſus in l. continuis §. cum quis ſub hac de verb. oblig. ibi, nec ad rem pertinet, quod ius mutari poſsit, & id quod impoſsibile eſt, poſtea poſsibile fieri, non enim ſecundum futuri temporis ius, ſed ſecundum præſentis æſtimari debet ſtipulatio, vbi gloſ. in var. relicta ſunt, dicit, quæ non poſſunt alienari, niſi per Principem ſtatuentem ius quaſi impoſsibile reputatur, quod per ſolum Principem fit, vt ſupra, de legi. l. apud Iulianum. §. 1. quod videtur figillare hanc concluſionem, vt ſtante impoſsibilitate aſſenſus, vel ſaltem ipſius notoria, & maxima difficultate, vel ſta-

tu-

tutum annulletur, si ex hac conditione vult subsistineri, vel saltem conditio reijciatur, quo casu, dixi remanere statutum purum absque qualitate assensus, & parirer nullum ex prę-allegatis, & nihil refere ad validitatem statuti, vel ad resolutionem qualitatis appositæ, quod sit conditionalis, vel modalis, cum in egressu non differant ad tex. in l. 1. C. de cond. q̃ sub modo Andr. in cap. 1. S. sed nec est alia iustior, quæ sit 12. causa benef. amic. nu. 40. & in consilijs meis 1. vol. 67. & 81. & conditionale est hoc statutum, cum tollatur potentia vendendi, & in esse reducendi actum ante assensus impetrationem.

Quintò, oēs Doctores, nemine excepto, & oīa iura dicunt statuta omnia, quæ fiūt ad tollendam Ecclesiasticam libertatem, ac immunitatē esse nulla, cassa, & irrita, ita quod quātumcunq. causa statutorum sit iustificata propter conseruationem Reip. & consequenter propter solutionem onerum ipsius, & propter hanc causam, quia bona Ecclesiastica sunt exempta fiunt statuta, ne vendantur Ecclesiasticis, & sic tollarut libertas, & immunitas illorum, non ideo propter causā iustificatam, non erunt statuta in odium, & derogationem Ecclesiasticæ immumtatis, ac libertatis, ita quod stant istx simul, quod causa sit iustificata, sed remedium, prouisio, & statutum improbatum, dolosum, ac vndiq. nullum contra legem canonicam, ciuilem, & contra scholam omnium scribentium, in damnum, exinanitionem, & ruinam Ecclesiarum, earumq. Ecclesiasticarum personarum, & hi sunt casxs decisi per Doctores, dum fiunt statuta ad hunc finem publicæ vtilitatis, quod omnia bona sint tributaria, quod bona allibrata non alienentur in Ecclesiam, quod non alienentur in forensem, seu in non subditum, quod laici non vendant immobilia Ecclesijs, Ecclesiasticisq. personis, in quibus omnibus casibus dixerunt Doctores vnanimiter statuta nulla, quia contra libertatem Ecclesiæ, licet causa illorum sit fundata in publica vtilitate, & quando sunt expressa, additur defectus expressus potestatis. Vnde cum hic talis fuerit intentio infallibilis, & non velata, sed expressa, pro vt expressam Doctores dicunt

fuisse,

fuiſſe, quando ſtatutum dicit quod non vendatur Eccleſiaſticis perſonis, etiam ſecundum Bal. Calder. & Feder. de Sen. qui ex aduerſo adducuntur, ergo vanum eſt inſiſtere in iuſtificatione iſtius ſtatuti, & dum vult dici non eſſe omnino prohibitiuum, quia permittitur cum aſſenſu, iam ſupra eſt late reſponſum, tum ex impoſſibilitate aſſenſus, tum quia eſt contra libertatem Eccleſiæ, quæ aſſenſu non indiget in ſuis emptionibus, & arguendo a ſufficienti partium enumeratione, aut aſſenſus nolunt præſtari effectiue, pro vt eſt notorium, quia aliter non conſequeretur finis ſtatuti, & haberemus intentum, aut aſſenſus præſtari, ſed nō regulariter et paſſim, & indiſtinctè, ſed in certis caſibus, & raro, ac cum magna difficultate, & demonſtratum eſt ex communi opinione Doctorum hoc nullum, quia contra libertatem Eccleſiaſticam, & nimis præiuditiale, aut tandem voluntati præſtari indifferenter, quod nullo modo eſt credendum, ſed volunt introducere hanc ſeruitutem expeditionis aſſenſus, & huic ſubiectioni ſubijcere Eccleſiaſticas perſonas, & pariter hoc eſt ipſo iure nullū, nō licet ſtatutum loquatur de licentia petenda per laicos effectiuè, fundatum eſt hoc reſpicere clericos ex natura correlatiuorum ex expreſſione illorum, ac ex vnitate rationis, atque cauſæ vnitæ, & inſeparabilis, imo quę ſola reſpicit clericos, & nullo modo laicos.

Sextò. Deciſio Alberici in caſu ſuo, in quo loquitur, eſt communiter reprobata, nā eſt in caſu ſtatuti Mediolanenſis, & in proprio caſu conſilijs Signorolli, & Doctores in §. Diui poſuerunt caſum ſuper dicto conſ. in ſpecie, & cōmuniter illum reprobauerunt, qui caſus eſt cum qualitate venditionis, cum aſſenſu, & ne ſuper hoc dubitemus, ponamus proprium caſum poſitum per Alber.

Quod nullus ſubditus poſſit alienare in non ſubditum quoquo modo, niſi prius ſolueret decem communi de qualiber libra iuſtæ extimationis ipſius rei, quæ alienatur, & niſi haberet licentiam ipſius Domini, vel alicuius ex Vicarijs ſuis &c. Exorta fuit dubitatio, dicit Alber. an tale ſtatutum vendicaret locum in clericis, & Eccleſiaſticis perſonis, & eſto

quod includeret, an esset inualidum quoad eos, quasi esset cõtra libertatem Ecclesiæ, & concludit contra Signorolum statutum comprehendere personas Ecclesiasticas, atque esse nullum, ergo si casus est cum qualitate assensus, & hic est cõmuniter reprobatus, non est habenda ratio decisionis Alberici, licet, vt dixi, nõ sit in casu nostro, sed loquitur in statuto Mediolanẽsi generali, non faciente mentionẽ Ecclesiasticarũ personarũ, vt ex casu, ex discursu, & cõclusione illius apparet.

Sed, & 7. Alber. est sibi contrarius, si quidem ponit casum in statuto requirente superioris assensum, & valde disputãdo opinionem Signoroli, illam eõfutat per plures columnas, & decidit statutum non valere, ergo dum postea in fine in vltimis verbis limitat, quando statutum nõ est omnino prohibitiuum, vt quia est reseruata superioris auctoritas, apparet, quod hæc limitatio est contra conclusionem per ipsum factam in propria quæstione, reseruante assensum, & postquã sibi met contradicit, non est habẽda ratio eius dicti, nec etiã in casu suo ad tex. in l. 1. C. de furt. cum suis concord.

Octauò in spetie hãc Alberici decisionem, in casu, de quo loquitur reprobat Card. in d. cap. perpẽdimus de sent. excom. n. 13. 4. col. ex eo, quia assensus, vel est impossibilis, vel ad minus non posset obtineri sine magno incõmodo, quem allegat, & sequitur Felin. in d. cap. Eccl. S. Mariæ. n. 86. Ambros. de Opizon in repe. d. §. Diui, qui allegat Salyc. & Ang. & nemo dubitare potest, quod dum superioris licentia requiritur, ab eo omnis pendet contractatio, & sic nullo modo libera, ergo contra libertatem Ecclesiæ, & in individuo decisio Alberici est contra decisionẽ Abbatis in d. cap. Eccl. S. Mariæ, communiter ab omnibus sequutam, vbi in spetie dixit, quod quando statutum generale potest afferre præiudicium, & dicit intelligere, quando affert incommodum, ergo est omnino nullum, & ego dico in casu, de quo tractamus, quod non solum affert magnum incommodum, sed maximam seruitutem, & non diceretur amplius libertas, sed seruitus Ecclesiastica. Quam libertatem Io tantum iura custodierũt, quod licet alias de iure communi per legẽs Imperatorum, etiam in donationibus fa-

ctis

cis Eccleſiæ vltra ſummam quingentorum aureorum, requi-rebatur inſinuatio, de quo in l. illud. C. de ſacroſ. Eccles. in l. ſancimus. C. de donat. quæ eſt ſolemnitas, quæ paſſim, & indiſtinctè abſque aliqua difficultate interponitur, cum non conſiſtat in alio, quàm in regiſtratione penes acta coram iudice interponente ſuper donatione ſuam auctoritatem, ſecundum gloſſ. in §. illud in ver. geſta in auth. vt non fiant pignorat. quæ ſollemnitas eſt introducta in fauorem donationum, vt nullo modo vnquam futuro tempore de illarum firmitate, & validitate poſſit dubitari, & tamen in donationibus factis Eccleſiæ, non obſtantibus legibus Imperatorum, non requiritur hodie inſinuatio, vt per Hoſt. & Io. Andr. in cap. fin. de fid. inſtr. inſpecta Eccleſiarum libertate, quæ non ſubiacit auctoritati ſeculari, quia quodammodo ex hoc eſſet impedire liberam diſpoſitionem à iure proditam in contractatione, & acquiſitione inter laicos, & Clericos, quæ latius tradit, & firmat Virals in tractatu clauſularum in cap. an legibus inſtituat exig. poſt. tenun. n. 105. Igitur quare diuerſum dicere debemus, dum vult imponi nouum iſtud onus licentiæ, ſeu aſſenſus in alienatione ſtabilium in Eccleſiaſticos facienda, ſi in inſinuatione alias de iure communi introducta tam paſſim, & indiſtinctè concedenda propter libertatem Eccleſiaſticam non offendendam Doctores tradiderunt nõ habere locum reſpectu Eccleſiarum.

Hic animus indubitatus, hæc voluntas, hæc intentio, hoc odium Eccleſiaſticæ libertatis, & immunitatis, ipſamq. tollendam, & permendam, imo propter hoc tollere in maximã partem diuinum cultum, ac reducere in ſtatu Dominorum Venetorum. & reſtringere religioſos omnes ad ordinem tãtum mẽdicantium ad minus in futurum, detegitur manifeſtè ex reliqua parte ſtatuti, dum mandatur, quod bona relicta Eccleſiaſticis perſonis in vltimis voluntatibus infra breuem vendantur. Hæc itaquam, prouiſio nõne eſt directa ſuper bonis iam effectis Eccleſiaſticis? nonne eſt limitare liberam poteſtatem acquirendi? imo illam per indirectum tollere? nonne eſt compellere ad vendendum? & vltra diſpoſita in

k.dudum de contrah.empt.& vend. quæ hæc expressè prohibendo,dicēs,grauis hæc videtur iniuria,quę inani honestatis colore velatur, vt homines de rebus suis facere aliquid cogātur inuiti,superiore lege cassata. Vnusquisq. suo arbitratu quærere posset emptorem,& non solum hic compelluntur Ecclesiastici ad vendendum, sed etiam limitantur personæ, videlicet laicis tantum, sed,vt dixi, sepositis dispositione istius tex,nonne hic est casus tex.cap.1.de im.eccl.in 6.contra statuta,vt bona acquisita,vel acquirenda vendantur, prætextu solutionis onerum, ibi, nec etiam liceat aliis ipsas Ecclesias, vel personas Ecclesiasticas ad distrahendum, vel alienandū, aut extra manum suam ponendum acquisita iam, vel deinceps acquirēda aliquatenus coarctare, vbi inter cæteros hoc notat expresse Gemin. Philipp. Franc. post Host. in d.cap. fin. de reb.eccl.nō alien. Dec.in d.cap.Eccl.S.Mariæ n.19.,vers. octauò non valet statutum, Archidiaconus in cap. Roman.n. 23.de appell. in 6. hinc annullatur statutum,quod Ecclesia, vel Hospitale teneantur vendere tantum singulis annis, secundum Bald. in auth.hoc ius porrectum, col.3.vers. & propterea non valet statutum,C.de sacrosanct.Eccl.dicit,quod ante illam legē non licebat relinquere Ecclesijs,Dec.in d.cap.Eccl.S.Mariæ,& Bald. in d.l.1. C. de sacrosanct.Eccl. nec alijs locis pijs, & sic pariter nec templa ædificare, sed tandem venit Imperator Constantinus,qui hęc permisit, & statuit,tollendo tyrannidem Imperatorum prædecessorum, & permittendo,vt donare liceret, relinquere, & templa ædificare liberè absque alia sæcularium Principum licentia, quod tradidit tex. ad literam in d.can.futuram 12.quæst.1. licet enim Domini temporales habeant iurisdictionem vniuersalem in suo territorio, hoc bene procedit quoad temporalia, sed quoad Ecclesiastica,& spiritualia totus mundus est territorium, & Dioecesis Papæ, vt est supra notatum, habetq. iurisdictionē vniuersalem superiorem, ita quod idem territorium, in quo Imperator,Rex,aut Princeps habet suam iurisdictionem temporalem, in eodem habet Papa suam spiritualem distinctam, & separatam, & ideo B.Ambros.in can.conuenior 23.quæst.

8.di-

ſi dicit illa pulchra verba Imperatori, ibi, allegatur Imperatori licere omnia, ipſius eſſe voluerſa, reſpondeo, noli te gravare Imperator, vt putes te in ea, quæ diuina ſunt Imperiale aliquod ius habere, noli te extollere, ſi vis diutius imperare, ſed Deo ſubiectus, ſcriptum eſt, quæ ſunt Dei Deo, quæ ſunt Cęſaris Cęſari, ad Imperatores Palatia pertinent, ad Sacerdotes Eccleſię, publicorum ſibi mœnia ius commiſſum eſt, non ſacrorum. Hæc Ambroſ. huoc in tex. d. cap. fin. de reb. Eccl. non alien ſtatuitur, quod nullus laicus habeat in Eccleſia auctoritatem imperandi, ſed neceſſitatem obſequendi, cuius libertas conſiſtit in liberè faciendo, dicit Bal. in rep. d. l. 1. C. de ſacror. Eccles. & tex. 10 cap. 1. de imm. Eccles. in 6. ad propoſitum tradidit, quod Eccleſiæ in plenitudine poteſtatis iuris ſui, & in libertatis integritate debent lætari, ex quibus apparet quod vndiq. eſt nulla prohibitio ędificandi templa, bona immobilia alienãdi in Eccleſias, aliaq. de quibus in prædictis ſtatutis, & in d. cap. futuram cum duob. ſeq: datur ratio, quare conuenit poſſe Eccleſiã prædia acquirere, poſſe illis relinqui, eaq. conſeruare, & nõ alienare, & D. Bonauent. in 4. ſententiarum, dicit, Spiritus Sancti ordinatione actum eſt, quod Eccl. in temporalibus abũ daret, cum paucitatem perfectionis inuenirentur, qui ſine adminiculu temporalium onera Eccleſiaſtica ſuſcipererent, ex quo periret magna pars fidelium, non ſtantibus miniſtris qui Sacramenta & ſpiritualia miniſtrarent. Hæc Bonauentura, quę refert multa ad hoc cumulãdo Gugliel. de Benedict. in cap. Raynutius in prima decis. n. 7. & ſummus Pontifex in cap. ex parte de conſt. reuocauit ibi reſtrictionem præbendæ tum etiam, quod fuerit facta auctoritate Apoſtolica, dicens, nolentes igitur diuini numinis, diminui cultum, & ad ordinarios ſeu Epiſcopos, & ad Papam ſpectat tantum licentiam præſtare, templa ędificandi, tanquã concerneos merè ius ſpirituale, dicit tex. in can. Eccleſiæ id eſt, vbi glos. de conſecrat. diſt. 1. cum can. ſeq. idemq. in can. præcepta Synodalia, cum can. ſeq. eodem, & diſtinct. in §. ſi quis autem voluerit, auth. de Eccl. tit. vt ſit ex his dictum ſtatuta prædicta

non

non solum esse contra libertatem Ecclesiasticam, sed etiam contra directam summi Pontificis potestatem, atq. in derogationem etiam Canonum, quæ tantam solemnitatem statuerunt esse adhibendam in alienatione rerum Ecclesiasticarum, & non fieri nisi ex causis necessarijs vrgentibus, & in manifestam Ecclesiarum vtilitatem, & hoc rum eiusdem Apostolicæ Sedis tantum speciali licentia, ad tex. in cap. vnico. §. 1. de relig. dom. in 6. cum mille concord. & adsunt tituli integri tàm in decretali Gregorij, quàm in 6. Bonifacij de reb. Eccl. non alien. & ex prædictis statutis non solum limitatur libera facultas relinquendi Ecclesiis, sed effectuè totaliter tollitur, nàm quid dubij erit quod laici, qui ex bonis stabilibus Ecclesias ob eorum deuotionem, & memoriam erigere, fundare, & dotare intendunt, & sic pariter Hospitalia, vel alia loca pia, quòd à prædictis retrahentur, & nihil relinquant, siquidè ea alienatione memoria deletur, deuotio deficit, & exempla ad aliorũ deuotionem accendẽdam permanentur, loca non ædificabuntur, & cępta non perficientur, & si ea expressa necessaria venditione facienda post biennium, oportet omnia, etiam vili prætio vendere contra mentem, seu intentionem disponentium, & contra voluntatem Ecclesiasticorum in maximam ipsorum iacturam, atq. manifestam perditionem. Igitur statuta vndiq. iniqua, reproba contra diuinum cultũ, contra bonos mores, contra Pontificis potestatem, & contra libertatem, & immunitatem Ecclesiasticam, & ob id Bart. in d. l. 1. C. de sacros. Eccles. n. 79. vers. quæro, quæro, dicit nullam esse legem Imperatoris, vel alterius vetantem dispositionem ad pias causas, tàm per actum inter vivos, quàm vltimæ voluntatis, debet. n. esse libera, absoluta, & independens, cum sic mãdauerunt ijdem Imperatores postea Catholici iura. tex. in l. generaliter, & in l. penult. C. de sacros. Eccles. quæ sunt iura particularia, ibiq. Doctores, & Butt. in cap. relatum de testam. nu. 5. dicut, non valere statutum, per quod impediatur dispositio ad pias causas, etiam limitando, nam, vt supra diximus auctoritate Anchara ni in eo quod limitatur tollitur, & detrahitur Ecclesiasticæ

liber-

libertati, & obid Doctores tradiderunt, vt quodlibet impedimentum, q̃ per ſtatutum datur liberæ facultati diſponendi in cauſam piam, ſit caſſum, irritum, & nullum, vt auctoritate Io. And. & aliorum tradidit Bertacchinus in ſuo repert. in verb. ſtatutorum correctio, verſ. ſtatutum laicorum. Nam ſi Spiritu Dei ducimus, non eſtis ſub lege, dicit Diuus Paulus ad Galathas 5. & propterea laicorum voluntas ad pias cauſas non poteſt reſtringi, aut quoquo modo limitari, vt notabiliter, & magiſtraliter melius omnibus declarat, & docet Anchar. in alleg. cons. 155.

Nono & vltimo, vt finis imponatur huic materiæ, arbitror Dominos Venetos ab aliquo maligno ſpiritu infotmatos, qui eos decipere voluit, & in Remp. vere ignẽ accẽdere, hic, inquam perſuaſit illis, quod ille Imperator Federicus ſciſmaticus, depoſitus, & regno priuatus ſpecialiter propter tyrannidem, & ſæuitiam in Eccleſiaſticas perſonas, conſimilem fecit in Regno Neapolitano Conſtitutionem incip. Prędeceſſorum noſtrorum, quòdq. ſic illi pariter in eorum dominijs eãdem legem facere poterant, ſed nõ illis dixit conſtitutionẽ illam reprobatam, annullatam, & penitus reuocatã tanquam contra Eccleſiaſticam libertatem, & ſic demum à Papa in caſu proprio diffinitiuè, & generaliter declaratum per particularem Conſtitutionẽ. Vnde caſus iſte remanet in indiuiduo decaſus, & non eſt ſuper hoc aliter diſputandum.

Verba conſtitutionis ſunt infraſcripta in lib. Conſt. Regni prędicti ſub rubrica de reb. ſtabilib. Eccleſiaſticis non alien.

Prædeceſſorum noſtrorum veterum Principum Conſtitutionem, quam antiqua turbatio præteriti temporis antiquarat noua promiſione nouantes, edicimus, quod nulli ſubiectorum noſtrorum clerico, vel laico liceat domibus templi, vel hoſpitalis, vel cuilibet alio loco religioſo, de quo noſtræ curiæ ſeruitium minimè debeatur, poſſeſſiones hæreditarias, vel patrimoniales, vẽdere, vel donare inter viuos, ſeu aliquo donationis modo, niſi ex æquali cauſa per mutationis tranſferre, ſeterum ſi in vltima voluntate aliquem de prędictis

locis hæredem instituerint, vel aliquid sibi legauerint, tunc domus, quæ institutionem, vel legatum acceperit, teneatur infra annũ alicui de proximioribus defuncti, vel de burgensibus nostris relicta stabilia vendere, vel locare, quod si vltra annum facere prędicta distulerit, possessiones ipsas post anni lapsum fisci nostri lumbis volumus applicari, de rebus autẽ quibuscunq. mobilibus, quantumcunq. pretiosis relinquẽdi prędictis domibus, & alijs religiosis locis, concedimus omnibus liberam facultatem.

Afflictus, qui hanc Constitutionem commentauit, incepit his verbis. hæc constitutio nihil valet, quia Imperator non potuit contra libertatem Ecclesiæ, & personarum Ecclesiasticarum prohibere, quod non relinquantur res stabiles Ecclesiæ inter viuos, vel in vltima voluntate, dicit postea, nota a. nolo hic seruare ordinem meum in colligendis notabilibus, quia ista constitutio tota est correcta per Cap. Regis Caroli II. quod incipit, Itẽ statuimus, quod possessiones, vbi statuit, quod res stabiles possint donari Ecclesiæ, &c. & demum dicit, & sic non seruatur ista Constitutio, quod Ecclesia debet vendere intra annum. Hæc Afflict.

Et est verum, quod adest prędictum Capitulum Caroli II. inter cap. Regni impressum sub rub. de priuilegijs, & imm. eccl. incip. Item statuimus, quod possessiones vbi Neapod. notat glossando cap. prędictum, quod Ecclesijs possunt libere immobiliadari, donari, vel offerri, & licet non fiat in cap. Caroli Secundi expressè mentio legis Imperatoris Federici, tamen cum sua constitutio sit illi contraria, propterea bene dixit Afflict. intelligi per cap. prædictum reuocatã ex communi conclusione Bart. in l omnes populi n. 29. de iust. & iur. per tex. vbi est casus in S. sed naturalia, veri. ea vero, inst. de iur. nat. gen. vel ciu. & cum Bar. tranleunt omnes, vt ibi per Rayn. de forliuio nu. 73. Io. Baptista de sancto Seuerino nu. 106. Crot. nu. 97.

Habemus ergo casum decisum in proprijs terminis constitutionis, seu statuti, & inter ceteras causas excõmunicationis, & depositionis, atque priuationis Regni, &

Im-

Imperij prędicti Imperatoris Federici fuit illa principua, scilicet oppressio Ecclesiasticę libertatis, ac immunitatis, vt patet in dicto cap. ad Apostolicæ.

Sed & fortius dico occasione istius legis reuocatæ, & nouæ constitutionis editæ per prædictum Carolum Secundum, Papam Honorium legem fecisse generalem vt cõstitutio hæc noua Caroli Secũdi seruaretur in fauorem Ecclesiarum Dei in perpetuum, & hoc per viam decreti, & nouæ constitutionis motu proprio, cum consilio & assistentia Cardinalium, ac de plenitudine potestatis, vt per eius Bullam apparet insertam in Pragmatica Regni edita per Regem Ferdinandũ Primum in anno 1469. quæ omnia sunt impressa, & in corpore omnium Constitutionum Regni Neapolis posita, & dico in corpore iuris, quia liber Constitutionum, Capitulorum, & Pragmaticarum Regni, suos ius commune in Regno, dixit And. in cap. 1. to fin. de eo, qui sibi, & hered. suis. Affli&. in prælud. const. prima quæst. probat hoc tex. in const. Regni incip. pudicitiam.

Bulla Honorij, est tenoris infrascripti.

Honorius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam, dilectus filius Carolus, claræ memoriæ Caroli Regis Siciliæ primogenitus, tũc princeps Salernitanus, & eiusdem Regis in Regno Siciliæ Vicarius Generalis, tanquam vir Catholicus de genere ortus Christianissimo deuotã ad Deũ, & ipsius Ecclesias mentem gerens eiusdem generis vestigia imitatus pro bono statu Ecclesiarum Regni prædicti, & ad cõseruationem iurium earundem, inter cetera, licet sub alio forsan verborum themate, dicitur statuisse, & mandasse inuiolabiliter obseruari, quod Decimæ, &c. & hic ponit omnia capitula Caroli, & demum ponit capitulum, de quo tractamus, item quod res, & possessiones, quæ non sunt in aliquo iuris, vel alijs obligatæ, dari, & donari possunt Ecclesijs, & legari, sed si ea obligatione tenentur, propter quam datio, & legatio, vel donatio de iure impediri non possit, hoc casu, ea & possessiones huiusmodi prædictis titulis cum onere suo, ad Ecclesias transferuntur, & demum sequitur Honorius faciens

statutum generale, itaque cum fratribus nostris deliberatione habita præmissa in fauorem Ecclesiarum Dei, & ministrorum eius attendentes inducta de ipsorum fratrum consilio, & assensu, ac plenitudine potestatis, ea firmitet perpetuo robur statuimus obtinere, ipsaq. præcipimus perpetuis temporibus inuiolabiliter obseruari decernimus ergo nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, atque decreti infringere, vel ei casu temerario contraire, &c.

Patet ergo, quod licet dederit occasionem hutc constitutioni lex, seu statutum Caroli Secundi, qui reuocauit constitutionem Imperatoris Federici in fauorem Ecclesiarum Regni, tamen Papa Honorius hac occasione motus ex ratione vniuersali Ecclesiasticæ libertatis, & immunitatis cõstitutionem generalem publicauit de potestatis plenitudine mandans, quod statutum per Carolum Secundum ad conseruationem iurium Ecclesiarum, tanq. in fauorem Ecclesiarum Dei, ipsiusq. ministrorum, in perpetuum seruaretur, & sic ex ratione vniuersali conseruationis iurium Ecclesiarum dixit seruandum esse statutum in fauorem Ecclesiarum Dei, & nõ dixit in fauorem Ecclesiarum Regni, prout dixerat dum retulit prouisionem Caroli Secundi, vt sic dicamus esse hanc prouisionem generalem in omnibus Ecclesijs mundi, quæ originem traxit ab accidentia facti in Regno Neapolitano, quod in individuo decidit, & est casus in cap. 1. de imm. eccl. in 6. vbi ponitur casus particularis in Regno Franciæ de aliquibus Ecclesijs certorum locorum ipsius Regni, & Papa ibi prouidet super illo facto particulari, ob quod glos. & Doctores ibi quærunt, an constitutio illa fit localis, & determinant ex ratione generali, quod Papa motus fuit ad prouisionem facti eodam in casu illo particulari, constitutionem illam esse generalem, & vt talem obseruandam in omnibus mundi partibus, & propterea recensemus verba Alexandri IV. in dicto cap. 1.

Sanè intelleximus, quod in Regno Franciæ cõmune Scabini, seu Consules, & alij Domini temporales, & qui iurisdictionem in istis communijs, Ciuitatibus, Castris, & Villis tempo-

ra-

ralem exercent, vel quibus in illis commiſſa eſt exequutio iuſtitiæ ſæcularis moleſti ſunt nimium Eccleſijs ſuper pluribus, & infeſti, & inter ceteta nituntur, & ſtudent, vt illis collectas, & taleas, & alia huiuſmodi eædem Eccleſiæ pretextu bonorum, quæ acquiſiuerunt, vel extra manum ponãt huiuſmodi acquiſita. Volentes itaq. ſuper his omnibus prout expedit, ſollicitè prouidere, totq. temetarijs auſibus congruis præſidijs obuiare, auctoritate Apoſtolica præhabita cum fratribus diligenti deliberatione decernimus non licere præfatis communis, & his, qui in eis iuriſdictionem temporalem obtinẽt, vel iuſtitiam ſecularem exercẽt, talias, vel collectas, ſeu exactiones quaſcunq. Eccleſijs, vel Eccleſiaſticis perſonis imponere, vel exigere ab eiſdem pro omnibus prædijs, vel quibuſcunq. poſſeſſionibus ab eiſdem Eccleſijs, vel perſonis Eccleſiaſticis acquiſitis, vel in poſterum acquirendis, &c.

Quærit vbi Io. Monachus, an illa decretalis ſit localis, poſtquã verè ponit factum particulare, & ſuper illo particulariter prouider, & ponam verba propria ipſius.

Nunquid hæc decretalis eſt localis, dic, quod non, ſed hic narrat accidentiam facti; vnde hanc decretalem proſequitur generaliter, & non localiter hoc libro de cenſib. quamquam adijciendo ad iſtam generalitatem, quod non faceret ſi eſſet localis. Hæc Io. Monac.

Vult dicere, quod non eſt localis, & probare per tex. in cap. quamquam, dicens, vbi Bonifacius Octauus allegat hanc conſtitutionem Alexandri Quarti, & propterea ex ea facit in caſu, in quo loquitur aliam generalem cõſtitutionem, vbi gloſſ. in ver. conſtitutionem dicit, quod ex illo textu videtur deciſa in parte mens Alexandri Quarti in d. cap. 1. quod clarius tradidit gloſ. in dicto cap. 1. in ver. Francia, dicens, quod ibi accidentia facti exprimitur, quod non facit localem illam decretalem, & Archid. ibidem dicit, ſic de facto fuit. Vnde videas, quod iſtud factum proſequitur generaliter.

Proſequutio alia generalis nõ adeſt, niſi prouiſio ſpecifica ſuper eodem facto, vt eſt demonſtratum ex lectura tex. ſed quæritur ex ratione generali Eccleſiaſticæ immunitatis a

propterea dicunt Doctores, quod prosequitur generaliter, quod probatur ex princ. eiusdem tex. dum antequam veniat ad narrationem facti, præmittit rationem generalem libertatis Ecclesiasticæ, dicens,

Quia nonnulli habentes temporalu dominium, vel potestatis gerentes officium sæcularis, libertatem, & immunitatē Ecclesiasticam ladere, ac minuere, tanquam honoris, & privilegij Ecclesiastici invidi, moliuntur, expedit, quod per curam, & auctoritatē Sedis Apostolicæ, quæ curam habet Ecclesiarum omnium, & tutelam contra talium ausus, & conamina opportunū remedium apponatur, vt Ecclesiæ ipsæ in plenitudine iuris sui, & libertatis integritate lætentur, ac detestabilis malignorum audacia, & insolentium nefaria temeritas propulsetur, lanè, &c. Quæ verba, quæso, notentur ad casum, & memoriæ teneantur.

Ex quibus apparet ex generali ratione libertatis Ecclesiasticæ motum ad prouisionem faciendam in casu illo particulari, ob q iustè glossa, & Doctores dixerunt, prouisionem non esse localē, licet sit super illa facti accidentia, prout sunt innumeræ leges, & cōstitutiones particulares in corpore digestorū, Codicis & libro decretali in casibus particularibus, quæ tamen faciunt legem in omnibus casibus similibus, cum nō possint omnes casus singillatim in legibus comprehendi, dicit Vulp. Iurecons. in l. non possunt. ff. de leg. & propterea idem Vulp. in l. 2. ff. de const. Princ. tradidit, quòd quodcunq. Imperator per epistolam, ex subscriptione statuit vel cognoscens legem esse, constat, & appellantur propriè cōstitutiones, dicit tex. in § quodcunq. ergo inst. de iur. nat. gen. & ciu. & notetur quæso ad propositum decisio Ang. in l. non solum alias item veniunt. § ceterum. ff. de pet. hered. cuius hæc sunt verba.

Ex his habes, quod epistola trāsmissa per Principem, debet obtineri pro lege in omnibus casibus, idem dico in eo, qui habet potestatem legis condendæ, & viguit hoc de facto in ciuitate Trunsit, ad cuius potestatem quædam epistola per Ducem Venetorum fuit trāsmissa, & tempore, quo per

Vc-

Venetos illa ciuitas legebatur, & vertitur quæstio, an ius faciat in omnibus casibus, & certè faceret, si solus dux habuisset potestatem legis condendæ in l. 2. ff. de const. Princ. Hæc Ang.

Sequitur hanc decisionem Sal. in d. l. 2. nu. 7. & latius Conferus in tract. de potest. reg. quæst. 22. n. 20. & semper attendenda est ratio legis ad finem videndi, si comprehendat casus similes, vt post alios auctoritate Cyn. dixit Fulgosius in l. quod ratione ff. de legibus.

In casu de quo tractamus, præmittit rationem generalem Papa Honorius, quod statutum factum per Carolum Secundum fuit pro bona conseruatione status, & iurium Ecclesiarum Regni, hac demum ratione attenta, non tractat amplius de facto Ecclesiarum Regni, sed motu proprio ex plenitudine potestatis cum consilio Cardinalium constitutionem promulgat, vt statutum hoc seruetur in fauorem Ecclesiarum Dei, & hoc per viam constitutionis Principalis, & decreti, & non per epistolam sua tantum manu subscriptam, quæ locutio indefinita æquipollet vniuersali ex identitate rationis ad text. in l. si plures de leg. 3. vbi Bart. in l. si quis ita, ff. de testam. in l. si seruum in princ. ff de seruit. vrban. pred. quæ regula etiam in legibus habet locum, dicit Bart. in d. l. omnes populi n. 17. & misteriosè dicit Papa Honorius facere per viam constitutionis, quia validius, & maioris efficaciæ ad legem generalem condendam, vt notanter aduertit Bald. in l. 2. ff de leg. n. 15. nec opus habet Papa in hoc aliquem vocare, dixit idem Bal. in l. fin. C. quib. res iud. non not.

Sed rursus, & fortius notetur, nam habemus decisiones particulares in proprio casu, si statutum factum in vna Ecclesia in concessionibus immunitatem Ecclesiasticam à iure diuino, & constitutionibus Papæ concessã, extendatur ad omnes alias Ecclesias, ipsasq; comprehendat, & dicebat Andr. Gemin. & omnes in dicto cap. fin. de im. Eccles. quod statutum in vna Ecclesia intelligitur statutum cum omnibus, quia vniuersalis Ecclesia, vt vnum corpus, & cetera sunt eius membra, & ego addo, quia immunitas Ecclesiastica, est ea-

eadem in omnibus, & nō concessa certis Ecclesijs, & propterea dum emanant super hoc constitutiones Pontificum, sunt iuris declarativi. Vnde quid mirum, quod faciant ius in omnibus similibus, & quo ad omnes, pro quo est casus tex. in l. fin. C. de legi. ibi, sciant hanc legem non solum illi causæ, pro qua producta est, sed omnibus similibus &c. vbi Bal. reassumendo conclusionem tradit, quod quando sententia est iuris declarativa, facit ius, quoad omnes, & sufficit, quod Princeps hoc fecerit absque alio ordine iudiciario, hinc Affli&. decis. 96. in fine dicit, quod in Regno sententia iuris declarativa in vna causa, facit ius quoad omnes, nam tractatur hic de statu Ecclesiarum, & ideo Doctores voluerunt, quod statutum contra libertatem vnius Ecclesiæ, dicatur contra libertatem vniuersalis Ecclesiæ. Vnde sicut sententia in causa status, facit ius, quoad omnes, iux. terminos tex. in l. ingenuū, ff. de stat. homin. cumulatissimè cumulatis per Alex. in l sepe ff. de re iud. sic pariter indubitanter est cōcludendum in casu de quo agimus, dum non adest diuersa ratio, nec fit constitutio ex ratione particulari in Ecclesijs regni vigente, sed generali immunitatis omnium Ecclesiarum mundi, & sic sumus in proprijs terminis tex. d. cap. 1. de im. Eccl. in 6. de quo est casus in l. regula S. fin. ff. de iur. & facti ignor. ex quo tex. Bar. Bal. & communiter scribentes ibidem, omnes hanc sumunt conclusionem, quod si lex est particularis in casu aliquo, sed est facta ex ratione generali, seu vniuersali, tunc lex intelligitur vniuersalis, ac generalis in omnibus alijs casibus, de quo etiam per Iason. in l. licet n. 9. vers. item quia C. de pact. Roma. cons. 174. incip. amplissime Doctor, in princ.

Quæ dixisse sufficiant tanquam iuria vtriuiq. Consulens in hac materia statutorum ad confusionem insipientium, atque malignorum, de potestate clauium non bene sentientium. Nā apud Catholicos non opus est de prędictis disserre, si hęc omnia sunt prouisa, decisa, & tam explorata per tot consilia, per tot Pontifices, & etiam Catholicorum Regum promissiones, vt per consilium Lateranense sub Innocentio Tertio in anno 1215. cap. 44. Consilium Constantiense, Consilium

generale

generale Lateranẽse sub Leone X. Innocentius Papa Tertius, Gregorius Papa Nonus, Alexander Papa Sextus, Clemens Papa Sextus, Martinus Papa Sextus, & alia latissimè cumulata in opere nouissimè edito, & in lucem prodito in hac propria materia intitulato, Veneta Cẽsurarũ, ad cuius dicta me remitto, vbi eleganter, perdoctè, & peradmodum distinctos, & catholicos terminos materia omnis dilucidatur, non omittam tamen vnum, q̃ legi in Cronicis D. Dominici 1. par. compositis per admodum R. P. Ferdinandum de Castillo. in cap. 42. vbi legitur consimilem legem factã in oppido Madrid, in anno 1237. aduersus Moniales monasterij S. Dominici, ex eo, quia multum excrescebant in facultatibus in damnum populorum, quam legem Papæ monitu, tanquam contra Ecclesiasticã libertatem statim reuocauit Rex ille Ferdinãdus, verè sanctus, & memorandus.

Cumq. statutum hoc circa alienationem immobilium dicatur aliàs factum in anno 1536. sed non fuisse vsu receptum nec obseruatum, & propterea dicitur procedi ad ipsius statuti renouationem, ex hoc infertur etiam, vltra prælegata non esse insistendum in prætensa possessione, seu quasi statuendi taliã, si ex eodemet statuto renouato de contrario cõstat, postquam ad essentiam legis requiritur, quod sit vsu recepta, de quo in can. 4. S. leges. 4. dist. in l. de quibus. ff. de legib. ibi, nam in eum ipsæ leges glossæ, & communiter scribẽt. in cap. 1. de treg. & pac. cum suis concor. ergo non solum non cõstat de tali prætensa, quasi possessione, sed de contraria, quia attentatum fieri, & non seruatum. Cumq. statuta condere possint, qui iurisdictionem habent, alias sunt penitus nulla, iuxta trad. per Bart. & scribent. in d. l. cunctos populos, ex. in l. fin. & glos. in l. ff. de iurid. in iud. cum alijs latè cumulatis per Bertachin. in verb. statuta à quibus condantur, qua iurisdictione laici carent in concernentibus Ecclesiasticam libertatem, atque immunitatem, vt supra demonstrauimus, quia inferiores & subditi in spiritualibus debemq. obedire, & seruire, & propterea sicut non possunt inferiores statuere q̃ aliquid ad limitationẽ, derogationẽ, aut præiudicium superiorum

tum vbi Bal. in auth. sed nouo iur. C. de seruit. hoc subditi in præiudicium Dominorum. Idem Bald. in l. debitorum, vbi Imol. & Alex. C. de pact. Innoc. in cap. venientes, in glos. in ver. exceptio de iur. iur. ita pariter dicendum est de statutis istis, si valde ostensum est omnia esse facta contra Ecclesiasticam libertatem, & cum hoc nouissimè factum circa immobilia, originem trahit ab alio consimili facto in anno 1536. quod quia non fuit seruatum, nec vsu receptum, ob id renouatur, sequitur, quod cum constet de statuto infecto, etiam per mille annos non consuetudinarie, nec ipsum posset quæliber immemorabili possessione ex communi approbata, ac notoria doctr. Innoc. in cap. dudum de decim. licet ibi multi ostenderentur statuta consimilia, nihil ad rem facerent, quando defectus potestatis non vrgeret, nam si demonstratum est ad essentiam statuti, seu legis, requiri fuisse seruatã, & vsu receptam, ergo, quod reperirentur plura statuta in libris statutorum, quæ contrariam haberent obseruantiam, nihil mouent, & sicut per instrumenta non probatur præscriptio, quis non probatur possessio ex eis, vt per Io. And. Anch. Philipp Fran. & communiter scribentes in cap. 1. de præscr. in 6. nec per inuestituras probatur dominium inuestientis, sed quis ius ex illis prætendit, oportet de concedentis dominio docere glos. in l. cum res, vbi Bart. C. de probat. Dyn. Bar. Bal. & cæteri in l. sed si sic §. 1. de leg. 1. cumulat. decis. Alex. in cons. 186. 5. vol. Curt. iun. cons. 12. & 158. Aym. cons. 154. num. 1. Natt. cons. 396. vol. 2. nec per instrumenta locationum ad text. in l. ad probationem. C. de locat. &c. & multo magis in casu de quo tractamus, in quo obstat notorius defectus potestatis, & ius vndique resistit, & dato initio infecto, quando obseruantia, & legis vsus demonstraretur nihil proficeret, & initium hic prætenditur, & ostenditur ex confectione statutorum a potestatem non habentibus in spiritualibus, in quo est punctualis doctrina Innocentij ibi, supra, & si statutum hoc sit quorem esus non habet, quam ab anno 1536. itaque nec immemorabilis, nec centenaria locum habere potest, quando posset dari valida præscriptio, prout

minimè admittitur, vt ſupra eſt fundatum contra Eccleſiaſticam libertatem, & immunitatem, ſequitur ex his vndique dicendum, non poſſe dubitari de inualiditate talis ſtatuti, fatisq. abſurdum eſſet dicere, quod Domini Veneti ſtatuta conficerent, & particulares Conſtitutiones, de quibus lex dicit, Pontificem præſumi penitus ignorantem, nullamq. habere debere ſcientiam, vt eſt caſus in cap. 1. de conſt. in 6. quia hæc in facto conſiſtunt, non in iure, quodq. hæc, & ſimilia deſcriberentur in volumine Statutorum ipſorum, & ex hoc demum dicerent acquiſiuiſſe poſſeſſionem, vel poteſtatem ſtatuendi, ſi poſſeſſio ex hoc non probatur, quia requiritur vſus, & receptio legis, deficit poteſtas ſtatuendi, conſtat de tituli initio totaliter infecto, ex quo omnis poſſeſſio reijcitur, iunt omnia facta, Papa inſcio, qui & ſi notitiam habuiſſet, & diſſimulaſſet, non ob hoc oritetur legis approbatio, vt ſupra oſtenſum eſt, igitur non eſt in hac notoria ſtatutorum nullitate amplius inſiſtendum.

Quam notoriam veritatem agnoſcens Sereniſſima, & Inclita Republica Genuenſis, zelans Sanctæ Romanæ Eccleſiæ cultum, reuerentiam, ac obedientiam perquirere fecit omnia ipſius ſtatuta tam moderna, quàm antiqua, ne forte aliquod inueniretur contra Eccleſiaſticam libertatem, ſeu immunitatem, & tandem repertis antiquis temporibus ſtatutis factis conſimilibus iſtis, de quibus tractamus, Senatus ſtatim reuocauit, annullauit, & penitus deleuit, quod viua voce, viuisq. ſuffragijs alacri animo, & in Conſilio paruo, iuxta morem congregato, numero pluſquam centum, & in Conſilio generali poſtmodum numero pluſquam tercentum fuit, quod Senatus cenſuit communiter approbatum, & de omnibus confectum publicum Inſtrumentum ad Sanctiſſimum tranſmiſſum, & iam preſentatum.

O Genua, quæ tanquam Chriſtianiſſima meruiſti vt cæli ianuæ à Chriſti Summo Vicario tibi aperiantur penes quem claues cælorum fuerunt à mundi redemptione, ſunt, & erunt vſque ad ipſius conſummationem, vt non immerito te talem agnoſcens, atque admirans D. Bernardus in ſua epiſtola

centesima vigesima nona tibi transmissa iustè inter cetera in hæc verba prorupeit.

In æternum non obliuiscar tui plebs deuota, honorabilis gens, Ciuitas Illustris, vespere & mane, & meridie (more vtique Prophetæ) narrabam, & annuntiabam, & erat tanta audiendi auiditas, quanta & audientium caritas, portabamus verbum pacis, cumq. inuenissemus filios pacis, requieuit super eos pax nostra, exieram planè seminare semen non meū, sed Dei, & cadens in terram bonam semel fructum fecit centuplum, & tempestiuum mira celeritas, quia magna necessitas, non tarditatem passum sum, nec difficultatem vna penè, die & serens & metens, & reportans cum exultatione manipulos pacis, hæc quippe messis quam messui exulibus captiuis, compeditis, & in carceratis euadendi, atque repatriandi latam reportauimus spem, metum hostibus, confusionem scismaticis, gloriam Ecclesiæ, orbi lætitiam.

Ciuitas igitur generosa, fac & tu notam hanc veritatem Serenissimæ, ac nobilissimæ Reipublicæ Venetorum, quæ hucusque ex maxima religione, quæ ibi vigebat, & ex concursu diuinorum templorum, ac piorum operum iustissimè vocari poterat Colonia dilecta Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & nunc videmus illam conuersam in amaritudinem, mœrore plenam Ciuitatem, alias religiosissimam, ac obsequentissimam, proh dolor.

De statuto respectu emphyteoticorum bonorum, non oportet verba facere, postquam est in indiuiduo disponere de bonis, & iuribus Ecclesiasticis, illisq. Ecclesias, personasq. Ecclesiasticas expoliare. Deseruiet tantum ad patefaciendum principium, medium, & finem intentionis statuentium, quæ fuit priuare Ecclesias, & Ecclesiasticas personas omni via possibili, & imaginabili directè, vel indirectè possessione bonorum, & iurium omnium, ac Ecclesiasticæ libertatis, & immunitatis, non solum in futurum, sed in præsenti, & in præteritum.

Reliquum remanet tractare de pretensa cognitione personarum Ecclesiasticarum, qui articulus triplici iure defendi po-

poteſt à Dominis Venetis, vel iure liberi Principis, vel ex immemorabili poſſeſsione, ſeu conſuetudine, vel tandē ex priuilegio vero, vel præſumpto.

Primum iam apparet ſupra eōfutatum ex plutibus. Primo, quia demōſtratum eſt hanc exemptionē eſſe de iure diuino. Secundo, quia Dñi Veneti ſubditi erant Imperio, vel Pontifici, & conſequenter ipſorum legibus, ab alrero, quorum exēptionem obtinuerunt. Tertio, quia indubitata eſt omnium opinio potuiſſe Papam has perſonas eximere, tanq̄ res ſpirituales à foro ſeculari in præiudicīū quorumcunq̄. Regum, ac Principum. Quatro, ſi Dñi Veneti ſe fundāt in conſuetudine, atque priuilegijs, & non genèraliter, ſed in certis caſibus, & locis, etgo ius commune eſt in contrarium ex regulis iuris notorijs, & dum permiſſum eſt in certis caſibus, igitur in ceteris prohibitum, ad tex. vulg. in l. cum prætor. ff. de iudic. & fruſtra precibus implorabant, ſi alias hoc ipſis de iure competebat ad tex. in l. 1. C. de theſau. lib. 10. Quinto, ſi omnes Catholici Reges Monarchæ, in ſuis Regnis ab Impetio pænitus exempti immunitatē hanc, cōſtitutioneſq. Pontificias omnes ſeruauerunt, & ſeruant, vt ſunt impp. Reges Hiſpaniarū, Gallorum, Polonię, cetetiq. omnes Chriſtiam Principes, qui Catholicam, & Chriſtianam Religionem profitentur, quomodo ferre debent Domini Veneti alias religioſiſſimi, vt hæc ſub eorum nomine proponantur, tam vana, tam pernitioſa, & ſcandaloſa, contra Dei honotem, renerentiam, & Cultum?

Quo ad conſuetudinem immemorabilem, tā ſupra eſt fundatum nullam eſſe, & communiter damnatam aduerſus Eccleſiaſticam libertatem auctoritate gloſſatum, deciſion. Rot. & communi Doctorum ſcribentium concluſione, data omnimoda incapacitate ſubiecti poſſeſsionum ſpiritualium, ſicut in decimis, ceteriſq. ſpiritualibus iura determinant.

Et propterex recurrunt ad tertiam, conſiſtens in priuilegio veto, vel præſumpto, quod vltimum ex allegatione tantum rituli cum probatione poſſeſsionis immemorabilis videtur ſufficere, in quo quæſo aduertatur. Nam tam hoc fundamentum, quam antecedens immemotabilis conſuetudi-

nis, demonstrabitur corruere indubitanter, & concludenter primo ex facto, & demum ex iuris dispositione.

Ex facto siquidem, & si per Priuilegium Sixti Quarti videbatur certo modo permissum posse procedi in criminibus læsæ Maiestatis, & falsæ monetæ contra clericos in Ciuitate Venetiarũ, aliusq. Diœcesi delicta perpetrantes, cũ interuẽtu tamen Patriarchæ, seu illius Vicarij, & demũ per Priuilegium Innocentij Octaui extensum ad alia atrocia, & grauia facinora, quæ in eadem Ciuitate, & Diœcesi committerentur, licet per eundem Sixtum fuerant alias excommunicati, & publico interdicti suppositi Dominij Veneti, cum reuocatione omnium, & quorumcunq. Priuilegiorum, pro vt pariter fuerunt excommunicati per Clementem Quintum, à quibus postea, in se reuersis, & pœnitẽtibus, fuerunt tunc Canonice absoluti, eamen tempore Pontificatus Iulij Secundi, & proprie in anno 1509. dum alias pariter excommunicati reperiantur, & interdicto subiecta Ciuitas ipsa, ad absolutionem postea obtinendam, multa promiserunt, & inter cetera, quod nunquam se intromitterent in cognitione Clericorum sine expressa Summi Pontificis licentia, in nihilo vnquam offensuros Ecclesiastica iura, aut quoquo modo sanctam Romanam Ecclesiam perturbare, ex quo fit, quod non est amplius insistendum in consuetudine immemorabili, nec de aliquo alio Priuilegio, nec vero, nec præsumpto, sed videndum est, quid affertur a tempore Iulij Secundi, vsque in præsentem diem; postquam quæ prætendebantur per anteriora tempora, interempta apparent tempora Iulij Secundi, & quæ prætendi possent per posteriora, quoad consuetudinem, vel titulum præsumptum, tempora non iungiuntur.

Ab eo igitur tempore duo apparent Priuilegia, vnum Clementis Septimi in anno 1529. & aliud Pauli Tertij in anno 1542. ex quibus euidenter apparet eosdem Dominos Venetos fassos esse, & cognouisse omnibus priuilegijs prætensis per prius priuatos esse, & propterea indiguisse noua impetrare, quod clarè facit priuilegium Clementis Septimi, de quo infra, quod restrictum est ad Clericos minores

tan-

tantum, quo opus non habuissent, si antiqua prætensa priuilegia in suo esse subsisterent, ex quibus attributa erat facultas cognoscendi indefinita contra omnes Clericos, siue in sacris, siue in minoribus constitutis, aut beneficiatis.

Priuilegium Clementis Septimi, dat cognitionem iudicibus secularibus contra Clericos in minoribus tantum constitutos, non in sacris, nec Beneficiatos, vode attendendo tenorem Priuilegij secundum regulam tex. in cap. porrò de priuileg. non potent contra Clericos in sacris, vel Beneficiatos aliquo modo procedi, & quatenus processum fuerit, erit nulliter, & dicetur proprius abusus priuilegij, quod alia non indiget probatione, dum factum, in quo versamur, est contra Clericos beneficiatos, & in sacris.

Priuilegium Pauli Tertij est vndique nullum ex ortoria subreptione, & obreptione, dum conceditur super assertione facta, & fundamento consuetudinis immemorabilis cognoscendi contra quoscunque Clericos, etiam in sacris attocia delicta in prædicta Ciuitate, & Diœcesi committentes, cum interuentu tamen Patriarchæ, ipsiusq. Vicarij.

Cõsuetudo immemorabilis non est vera, quia saltem sublata tempore Iulij Secundi, cognitio in Clericos quoscunque etiam in sacris, est pariter falsa ex priuilegio Clementis Septimi, per quod si tantum sit principalis concessio contra Clericos in minoribus, tanto magis detegitur repugnantia, & impossibilitas prætensæ immemorabilis consuetudinis, quæ cum omnia fuerint tacita, constat de obreptione ob expressionẽ falsi, & de subreptione ex taciturnitate veri, & successiuè priuilegium nullum ad tex. in cap. super literis de rescript. vbi communiter scribentes, Innoc. ceterique Canonistæ in cap. veniens de præscript.

Eadem priuilegij verba hæc consolidant, dum Paulus Tertius concedendo, dicit, quod cum talis immemorabilis consuetudo ipsi relata per Dominos Venetos, præsumatur Canonicum habuisse initium, quod propterea confirmabat, ergo derecta veritate, ac dato initio infecto, deficit priuilegij. Initium igitur apparet ex priuilegio Clementis Septimi in

anno

anno 1529. concessionis cognitionis Clericorum ordinum minorum tantum, & si vult referri ad anteriora tempora, adest reuocatio intermedia tempore Iulij Secundi. Bene, inquam, dixit Pontifex, dum de cõsuetudine loquebatur, quod Canonicum indicium præsumendum est habuisse, quia aliàs simpliciter, & de per se, absque priuilegio, nulla erat ex supra allegatis. Vnde demonstrato Pontificis priuilegio, deficit præsumptio, cum cedat veritati ad tex. in l. diuus. ff. de in integr. rest. & consequenter deficit priuilegium super præsumptione fundatum: sed altius exordiendo, deueniendo ad ius, præsuppono ex infrascriptis, Dominos Venetos, nullam facere posse vim in præmissis priuilegijs, quodq. quatenus valida iudicarẽtur, cessant hodie, sumq. illis penitus priuati.

Dico primo, priuilegia nulla, quia non potuit Pontifex derogare priuilegio fori, postquam fundatum est, esse de iure diuino, secundum communem opinionem, & in specie fundatum fuit non posse à Papa cognitionem hanc laico in proprietatem concedi, sed benè causas aliquas, non omnes delegare, quia iurisdictio delegari fundatur in delegante, & vt ipsius minister, ac illius nomine iudicat, iuxta tradita per Abb. in cap. decernimus de iud. de quo latè per Auf. in clem. 1. de off. ord. o. 93. & licet quæstio sit vulgata, tam Ciuilistarũ, quàm Canonistarum, an possit Imperator & Papa circa concernẽtia ius diuinũ limitare, siue declarare, de qua per Cyn. in l. rescripta. C. de precibus Imper. off. Batt. in l. omnes populi n. 22. Bal. post gl. in l. fin. C. si contra ius, vel vtil. publ. Abb. & Canonistæ in cap. quæ in Ecclesiar. de const. tamen, vt distinctim procedamus, & ad decisionẽ articuli, per veros terminos veniamus, dico, quòd Doctores infrascriptas fecerunt conclusiones.

Prima illa est, quod dum tractatur de limitatione, vel declaratione iuris diuini in Principibus sæcularibus, non procedit nisi in prophanis, seu tẽporalibus, in quibus iurisdictionẽ habent, non autem spiritualibus, ita Bar. in d. l. omnes populi. Abb. in d. cap. quam in Ecclesiarum, & vtrobiq. cõmuniter scribentes.

Se-

Secunda conclusio, quod in hoc maior est auctoritas Pontificis, quia ipse non solum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus potest interpretare, & declarare ius diuinum in causa graui, vt si concerneret statũ Christianitatis, ita Abb. vbi supra n. 9. Felin. n. 21. & ceteri communiter, quod non possunt seculares Principes ex defectu potestatis, & vt bene ponderentur dicta per Doctores, & ab illis colligamus veritatem articuli, deueniendo ad tertiam conclusionem, distinguam illam, & ponam, vt Ciuilistæ, & postea, vt Canonistæ.

Distinctio Cyni fuit, quod si vult Princeps statuere in eo articulo, qui reperitur limitatus, seu declaratus, alias potest distinguendo, interpretando, & adiuuando ius diuinum, si vero non reperitur limitatum, siue declaratum, & tunc aut nulla potest subesse causa limitãdi, aut interptætandi, & non potest, aut causa subesse potest, & tunc potent declarare, & si de causa dubitatur, præsumitur in Principe, ita Cynus, & sequaces, licet Bart. nihil dicat de præsumptione causæ.

Distinctio Canonistarum est conformis, & quod dicunt Ciuilistæ in Principe, dicunt ipsi procedere in Papa. Verum in eo, quod causa præsumatur, discrepant communiter, præter Butr. & Imol. qui sequuntur in omnibus distinctionem Cyni. Cumq. sit dictum, quod articulus iste respectu Principum secularium procedit in temporalibus, secus vero in spiritualibus, propterea cum tractemus de spiritualibus, standum erit dispositioni iuris canonici, & ideo videre debemus, quid Canonistæ dicant.

Dicit enim Abb. quod requiritur causa, quodq. sit aperta, vel quod probetur, siquidem, ne dum contra ius diuinum, sed nec contra generalem statum Ecclesiæ potest Papa venire sine causa rationabili, secundum Innoc. in cap. quanto de cõsuet. vbi Abb. & cæteri, & hæc est Theorica Abbatis in dicto cap. quã in Ecclesiarum n. 9. Felyn. ibi, n. 17 & seq. sequitur in omnibus Abb. & reddit rationem, quare in isto casu particulari debeat causa esse aperta, vel probari, alias non præsumatur, quia non debet inferior violare statutum superioris quodque in totum tollere ius diuinum nullo modo potest.

cum

cum sit immutabile.

Berous sequendo doctrinam Abbat. in omnibus, ibi n. 96. cum sequentibus, addit, quod non quælibet causa erit legitima, & causa merè positiua, & super iure positiuo fundata, non dicitur sufficiens ad hunc finē, alioquin sequeretur, quod ius positiuum iure diuino fortius esset, & sic causa debet esse iusta, fundata super iure diuino, taliter quod iuri diuino per aliud ius diuinum derogari dicatur, & insuper facit assumptum, quod faciunt Butr. Imol. Felyn. & alij, quod in totum legi diuinæ derogari non potest, sed bene distinguendo, & declarando.

Dec. sequitur in omnibus doctrinam Abbat. & idem Ant. de Burgos in repet. eiusd. cap. n. 197. vbi Hyppol. Ruminald. reddit rationem, quare causa non præsumitur, quia non sunt de his, quæ ad arbitrium pertinent, & proinde non creditur eius assertioni, nisi causam sufficientem exprimat, ibi, n. 167. & hanc dixit communem, & veriorem esse Cravet. de antiq. temp. pat. 1. n. 29. vers. quid tenendū, vbi latè disputat articulum, & optimis rationibus fundat, maximè quando tractatur de tertij præiudicio, & in specie de attinentibus ad ius diuinum, pro vt in casu, de quo tractamus, nam priuilegium concessum est Ecclesiæ, & Clero, vt est supra fundatum, ius hoc quæsitum per Papæ concessionem, venit tollendum, ergo causa necessaria probata, & legitima requiritur, & dum vult limitare, vel declarare, non debet esse talis declaratio, quod importet effectiuam reuocationem priuilegij, nam hoc esset in fraudem legis diuinæ, & non posset, quia declaratio debet esse circa, & non contra dispositionem principalem, & circa verba dubia illius, & non clara, quæ declaratione non indigent, alias importaret nouam dispositionem, & ideo non tolleret ius alteri quæsitum, decisio est punctualis Paul. de Cast. loquentis in proprio Pontifice in l. hęredes palam. §. si quid num. 4. ff. de testam. cuius infrascripta sunt verba.

Multoties etiam Papa facit aliquas declarationes circa gratias factas per eum, vtrum præiudicant alijs, quibus erat ius quæsitum, & est argumentum hic, nam si hoc, quod declaratur

claratur à principio fuiſſet dictum, quo caſu non fuiſſet abſtersus quæſitum, & hoc intelligitur de proptia declaratione, quæ conſiſtit circa aliquod verbum dubium, ſed interdū conſiſtit circa id, quod non erat dubium de iure, & tunc declaratio habet vim nouæ diſpoſitionis, & ideo non tolleret ius quæſitum. Hæc Paul.

Secundum hanc diſtinctionem Pauli de Caſtro, dixit Felin. in cap. cum olim num. 5. verſ. nam ſi illa declaratio de re ind. quod Rota ſemper iudicauit, quæ latè exornat, cumulando deciſiones Gomeſ. in regul. Cancell. in tit. de non toll. iu. quæſito quæſt. 13. vbi eleganter, & latius pet Aym. de antiq. temp. in princip. in cap. incip. non omitto num. 32. & intelligitur tunc Papa circumuentus, vbi latius pet eum, & latè etiam in conſ. 1. nu. 50. vol. 1. meorum conſ. Hinc Iaſ. in conſ. 56. col. fin. verſ. 3. reſpondetur vol. 1. dicit, quod declaratio vera tunc dicitur, cum circa circumſtantiam non ſubſtantiam actus verſatur.

Steph. Auſt. eandem opinionem firmat in tractatu de poteſtate ſeculari 4. reg. nu 29.

Cum ergo Pontifex non poteſt in totum tollere ius diuinum, & non eſt in eius arbitrio illius diſpoſitio, propterea oportet, quod declaratio, ſeu limitatio fiat in cauſa tali, quæ patiatur declarationem, & non inducat, ſeu importet reuocationem, & proinde eſt exprimenda, & probanda.

Ex his colligamus concluſionem, ſecundum communem opinionem, tam Ciuiliſtarum, quam Canoniſtarum, ius diuinum non poſſe in totum tolli, ſed declarari, & ſic limitari, quod quando cauſa ſubeſſe non poteſt, nullo modo declaratio tenet, quando verò ſubeſſe poteſt, debet præſumi ſecundum Ciuiliſtas loquentes in Principe, & in temporalibus, ſed ſecundum Canoniſtas, & in ſpiritualibus communis eſt Abbatis, vt ſupra eſt demonſtratum, cauſam debere eſſe apertam, exprimendam, vel probandam, quando de præiudicio tertij tractatur, cum non ſit in Papæ arbitrio reuocatio, & rurſus cauſa, quæ non ſit fundata in iure poſitiuo, ſed diuino, ſecundum deciſionem Berol, & vltimò, quod declaratio con-

ueniat principali dispositioni, alias esset noua dispositio correctoria, & penitus derogatoria iuri diuino, quod Papa facere non posset in tertij præiudicium, secundum decisionem Pauli de Castro.

Inferendo igitur ad casum, dixi, quòd hæc extranea sunt à negotio, in quo versamur, nàm aliud est declarare generaliter Pontificem, Clericos non debere gaudere priuilegio fori, nisi in certis casibus, sic interpretando, declarando, & limitando ius diuinum, & hoc facere oportet ex causis, vt supra, vt in terminis tex. in cap. 1. pro humani de homic. in 6. in terminis tex. in cap. primo de Cler. coniug. interpretando Pontifex sic intentionem diuinæ legis, & in hoc repetitur aliàs factum. Aliud verò est, quod persistamus in casibus, in quibus omnes Clerici gaudent priuilegio fori in tota Christiana Republica, & quod Pontifex velit priuare fori priuilegio totum Clerum vnius prouinciæ causa concedendi Principi laico cognitionem, itaque non tractamus tunc de declaratione, seu de limitatione, sed de priuatione priuilegij fori à iure diuino concessi, ipsiusq; reuocationis, causa alteri concedendo, quod Papæ est omnino prohibitum, nec potest subesse causa reuocandi priuilegium concessum Ecclesiæ, & Clero, nec cadit interpretatio iuris diuini, ob concessionem faciendam Principi laico, vt supra fundatum est, & ex offensione vnius Clerici, vel vnius Ecclesiæ, tota Ecclesia, & totus Clerus venit offensus, & præiudicatus, quia priuilegium est in vniuersum, & Ecclesiæ, & Collegio concessum, causa aliqua non est probata, nec præsumitur, & fortius concessum est hoc Papæ per viam declarationis, & veritum per viam reuocationis, & hoc est ex diametro reuocare, si iuris diuini dispositio est certa circa exemptionem Clericorum indefinitam, & vniuersalem, ergo nullum est quodlibet priuilegium, quod tradit Crot. in reper. l. omnes populi, dum primo facit conclusionem non valere priuilegium contra ius diuinum, & demum infert, dicendo, quod cum priuilegium fori Clericis concessum sit de iure diuino, non potest per Papam tolli. Verum cum aliquid non esset simplici-

pliciter prohibitum de iure diuino, ſed aliquo caſu permiſſum; tunc poteſt alio caſu permitti, & Princeps, vel alius, qui poteſtatem habet ſtatuere, illud limitando, & diſtinguendo ex aliqua cauſa. Hæc Cror. Itaque quoad exemptionem Clericorum, quia eſt certa, & in totum, & ſimpliciter prohibita ipſius reuocatio, & ex vno tota Eccleſia offenditur, concludit non dari limitationem.

Dico hoc eſſe de mente omnium ſcribentium, qui dum tractauerunt hunc articulum, & poſuerunt caſus limitationum, ſeu declarationum iuris diuini, nullus poſuit caſum, ſeu limitationem, aut declarationem in priuilegio fori Clericorum, exceptis his, de quibus infra tractabimus, & hoc, quia priuilegium eſt notorium, clarum, non ambiguum, & propterea cum non capiat declarationem, eſt derogatio, & non declaratio, effectq. tollere in totum omnino prohibitũ, quia, vt diximus, priuilegium eſt conceſſum collegio Clericorum, & Eccleſiæ, ita quod Clerici Venetii, ſeu vnus Clericus Venetus repreſentat in hoc totum collegium, de cuius præiudicio, & iniuria tractatur, & cum totum veniat offenſum, hoc eſt denigrare ſtatum Eccleſiæ, vt ſupra prohibitum, & ſcribentes communiter eodem tempore, quo tractauerunt de poteſtate Principis, & Papæ circa limitationem, & declarationem iuris diuini, iidem tractauerunt de exemptione Clericorum, & dixerunt non habere Papam poteſtatem, quia de iure diuino, nec poſſe facere, quod laici iudices tanquam falſa iudicent Clericos, licet poſſet cauſam particularem alicuius Clerici laico delegare, & de limitatione circa hoc non tractauerunt, vt in alijs caſibus.

Ex quibus patet non poſſe procedere dictum Cardinalis in cap. perpendimus de ſent. excom. relatum per Felin. in cap. a. de maior. & obed. vt & ſi priuilegium ſit de iure diuino, irreuocabile, & indiſpenſabile, & quod Papa debet defendere illud vſque ad animam, & ſanguinem, quod tamen poſſit Papa concedere cognitionem vnius, vel aliquorum Clericorum in particulari, quia potius eſt declarare, quã tollere.

Dico primo dictũ Card. nõ eſſe in caſu, de quo tractamus,

cum nō versamur in vno clerico, vel in aliquibus clericis, sed de omnibus clericis status Dominorum Venetorum.

Dico secundo, quod contra decisionem Cardinalis, est decisio Rotæ allegata nu. 30. in tit. de consuet. in antiq. quæ est communiter ab omnibus sequuta, tradens non valere cōsuetudinem Anglicanam cognitionis personarum Ecclesiasticarum ex eo, quia sunt exemptæ de iure diuino, & tamen non tractabitur de consuetudine vniuersali, sed tantum illius Prouinciæ, & ratio rationis est, quia quod fit respectu vnius Ecclesiæ, & vnius cleri, seu clerici, intelligitur factum, & præiudicatum omnibus, vt supra notatum fuit.

Dico tertio, quod Couar. pract. quæst. cap. 31. supra allegato, dicit, quod tenendo opinionem, quod Priuilegium fori clericorum sit de iure diuino, opinio Cardinalis nō potest substineri, & Felin. in d. cap. 2. de maior. & obed. dum allegauit hoc dictum Cardinalis, & dixit, quod ex eadem ratione poterit. Idem dici in vno clero vnius Principis, tamen subdit, quod non audet formare.

Quarto, dum non tractamus de declaratione, sed de ablatione, & totali extinctione Priuilegij fori, quod, vt diximus est de iure diuino, & Ecclesiæ, & collegio clericorum concesso, non ne eadem est ratio prohibitionis, derogationis in vno, quod in omnibus, postquam ius diuinum tam in vno, quam in omnibus consideratur, & offensio vnius est offensio totius: ergo subsistente eadem ratione, arguendo de toto ad partem, dictum Cardinalis non potest substinere, ob quod non est curandum de auctoritate Deciani, quæ ex aduerso allegatur in lib. 4. in tit. de cler. & relig. cap. 9. firmās in princ. exemptionem clericorum esse de iure diuino, & demum postea dixit ex abrupto, incautè simpliciter posse Papam concedere Regi, Principi, vel alteri laico cognitionem contra clericos, nam hoc est contra cōmunem omnium, vt non possit Papa derogare in totum, & tursus fundat dictum suum in eo, quod Papa potest delegare causas laico, ad quod iam supra est responsum, & decisiones, & auctoritates, quas allegat, non faciunt ad casum, nam vel loquuntur in materia delegatio-

nis,

nis, vel in his, quæ sunt de iure positiuo, vt in casu tex. in can. fectot 34. distin. quod declarat Turrecr. in can. sunt quidem 15. q. 1. & in aliis casibus, qui non habent quid commune in casu, de quo agimus, & qui capiunt declarationem & interpretationem in casibus suis, & sic male reprehendit Boss. contrarium tenentem in tit de for. compet. nu. 130. & licet adducat Doctores referentes Pontifices similia priuilegia cõcessisse, & signanter Dominis Venetis, dico, quod de hoc disputamus, si facere potuerunt, quia non est interpretare, nec limitare, sed reuocare in totum, & rursus quando essemus in casu limitationis & declarationis, oporteret de causa constare, quando non est aperta, si alias non reperitur limitatio, seu declaratio facta, vt supra diximus ex communi Doctorum resolutione, & quæ causa vniuersalis, & rationabilis potest considerari in præiudicium clericorum, & in fauorem laicorum, vt fieri debeant iudices personarum Ecclesiasticarum in derogationem totius Ecclesiæ, ac Ecclesiastici collegij, & dũ Doctores dixerunt, posse Papam interpretare, vel limitare, si alias hoc reperitur factum, intelligitur, si alias dispositum colligatur per idem ius diuinum, taliter interpretatum per sacros Canones, secũdum allegatam decisionem Berol, alias esset eadem ratio cum dicto, quæ nullius esset momenti ad tex. in l. fin. vbi, Bal. ff. de off. proc. Cæsar. in l. 1. ff. de exercit. controuertitur enim priuilegium hoc Dominis Venetis concessum. Et vellemus ex eodem fumere consuetudinem, quod Papa alias limitauit, declarauit, aut reuocauit ius diuinũ, hoc equidem est absurdissimũ, nec ad rem facit, vsque adhuc Papã prædicta priuilegia nõ reuocasse, nã si nõ potuerunt cõcedi, nil hoc facit ad casũ, & insuper, quãdo potuisset, hoc est, q̃ supra diximus circa ea quæ Ecclesia dissimulat ex causis supra relatis, sed non per hoc inducitur nec approbatio, nec confirmatio; & tandem dicimus Iulium Secundum Pontificẽ Maximum reuocasse, vt supra relatũ est, ex quibus omnibus firmamus 1. loco priuilegia prætensa nulla, & de eis nullam habendam esse rationem.

1 Secunda principaliter, data validitate prætensorum Priuile-

vilegiorum à principio, firma est, & comun. Doctorum omnium conclusio, quod per abusum, quis priuilegio priuatur, de quo in tex. in capit. fugestum de decim. vbi scribentes omnes, & non solum per abusum in facto esse, vt ibi per Host. & ceteros, sed etiam, si adest timor ne tendat in abusū, ita post Host. vbi supra Card. in Clem. secundo, §. 1. 15. notab. de sent. excom. quia abusus est hic notorius facti permanentis, si priuilegia prætensa non sunt in omni genere delictorum, nec in omni genere personarum, & restricta ad delicta, quæ perpetrantur in Ciuitate Venetiarum, eiusq. diœcesis, & tamen illis vsi fuerunt Domini Veneti, & vtuntur in omni genere delictorū contra quemcunq. clericum etiam extra Ciuitatē, & Diœcesim Venetiarum, vt sunt hi, qui ad præsens carcerati detinentur, de quibus in consultis promulgatis, quo casu, vt dicunt Domini ex aduerso consulentes priuilegia amittuntur, allegando iura peculiaria, videlicet tex. in cap. duarum de priuileg. & in specie, quando quis vtitur priuilegio vltra concessa, adducunt tex. notabilem in l. eos C. de aqu. duct. lib. 11. vltra quod Doctores communiter concludunt credendum esse Pontifici, dum per abusum præsupponit, rationē habendam non esse Priuilegiorum. In tantum, quod in his, quæ pendent à suo absoluto arbitrio, & in quibus habet plenissimā potestatem, et creditur talitet, quod non admittitur probatio in contrarium ex reg. text. in clem. 1. de probat. & Abb. dicit secundum hāc opinionem practicari in d. cap. quæ in Ecclesiarum, referens esse communem opinionem Legistarum, & dixi in his, in quibus Papa habet liberum arbitriū. iuxta distinctionem factam vt supra in art. 1ar. dub. & hic tripliciter fundatur liberum Papæ arbitrium, vel quia priuilegium est Pontificis, sicut Imperat. & Regis reuocandi priuilegia absque alia causa, secundum Bal. in l. rescripta. C. de prec. Imper. offer. Idem Bald. in l. qui se patris. nu. 34. C. vnde liber. Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum num. 51. de const. & refert esse communem Martin. Laud. in tract. de priuil. q. 34. latè cumulat Aym. de antiq. temp. p. 1. q. 1. num. 54. & distinctio de subdito, aut non subdito, non habet locum dum

tra-

tractamus de spiritualibus, in quibus Papæ omnes subditi sunt, habet in hoc iurisdictionem vniuersalem, & totus mundus est ipsius territorium, vt supra firmauimus, licet etiam Doctores dixerint, quod etiam in non subditum habet locum reuocatio, si id, quod reuocatur, est in territorio, nam datur præexistentia iurisdictionis, vt declarat Dec. in cod. cap. quæ in Ecclesiarum nu. 24. & non est dubium Clericos, de quibus tractamus, dici semper esse in territorio Pontificis, & gloss. in regula decet, de reg. iur. in 6. in verb. mansurum, respondet tacitæ obiectioni, vt verbum mansurum quantum ad subditos, necessitatem importet, quantum verò ad Principem potestatem, ipsi enim priuilegia concessa potest conseruare, diminuere, limitare, declarare, & etiam in totum tollere, & cum hæc potestas sit insita in Papa, Imperatore, Rege, & Principibus mundi non recognoscentibus superiorem, sequitur, quòd priuilegia concessa intelligentur secundum naturalem potestatem concedentium, vt sint mansura, donec à supremo Principe non reuocentur.

Vel dicemus speciale esse in iurisdictionalibus, vt possint Pontifices, Imperatores, & Reges priuilegia ad libitum reuocare ratione supremæ potestatis in eis residentis superioris ad omnia, quæ nunquam censentur ab ipsis abdicata, sumq. de regalibus ossibus infixis, vt supra declarauimus, & hæc est communis, non obstante quacunque concessione facta ex quacunque causa, & si ex causa onerosa restituto præmio, Auctor decisionis est Bald. in d. l. qui se patris num. 34. ab omnibus allegatus, tradens, quod in iurisdictionalibus concessis, semper intelligitur reseruata auctoritas Superioris, ita quod potest iurisdictionem supprimere aliorum, & non solum particularium personarum, sed etiam Ciuitatum. Idem tradidit Aret. celeberrimus Doctor, & antiquus in cap. nouit de iudic. n. 23. auctoritate Bald. vbi supra, & Dec. ibi, reassumit articulum, & licet disputauerit, firmat tamen eandem opinionem, ibi, num. 14. & quæ allegat in contrarium, non procedunt, nam non intellexerunt prædicti Doctores exceptam esse auctoritatem Superioris, vt Dec. intelligit, sed

respe-

respectu illius supremæ potestatis vniuersalis, quæ super omnia dominia, omnesq. iurisdictiones habent Pontifices, Imperatores, & Reges, quæ nunquam intelligitur abdicata per quamcumque concessionem. Hinc Petrus Belluca Doct. magnæ auctoritatis, maximè in istis materijs iurisdictionalibus, tradidit in suo Principum Speculo rubr. 26. in §. Princeps, q̃ ista iurisdictionalia Princeps ad nutum potest reuocare auctoritate Bal. vbi supra, siue in vim priuilegij, siue in vim contractus fuerint concessa, & hoc ex sua suprema auctoritate, quæ nunquam censetur ab eo abdicata, & si interceſſerit prætium, debet restituere, ex quibus fundatur sollemnis decisio Abbat. in cap. venerabilem nu. 19. de elect. qui tradidit auctoritate Innocentij posse Papam reuocare omnia priuilegia etiam laicis concessa, concernentia personas Ecclesiasticas, aut res spirituales, siue res Ecclesiasticas, nam hæc non concernunt dominium, sed intelliguntur potius cõcessa in administrationem, vt ponderauit, & tradidit Affict. in const. Regni, incip. ea quæ ad decus. Hinc Doctores communi calculo tradiderunt, posse Papam ad libitum absque alia causa disponere de beneficialibus, priuare, tollere, & facere quicquid sibi videbitur, cum ipse sit omnium spiritualium superior, & vniuersalis administrator, habet reddere rationem suæ villicationis, ob quod omni tempore pro recta sui officij administratione, potest, & facere debet quicquid sibi videbitur conuenire, quæ latius, & elegantet discutit Yser. in cap. 1. num. 28. de cap. Conrad. & in ijs, quæ sunt in suo absoluto arbitrio, præsumitur ex iusta causa se mouere, Gemin. in cap si gratiam de rescrip. Rom. in cons. 369. in 5. dubio, & in cons. 298. quę latius declarat Felin. in d. cap. quę in Eccles. nu. 40. & Dec. ibi nu. 26. Est bene verum, & si Pontifices, imperatores, & Reges, hęc possint, non tamen consueuerunt, nec debent ad prædicta procedere absque vrgentissima causa, tanquam boni Patres familię ad euitandum dissentiones, & scandala, & etiam vt personę hilari animo in casibus occurrentibus illis inseruiant, iuxta trad. per Io And. Imol. & communes Canonist. in cap. 2. de prębend. in 6.

Sed

Sed cauſa vrgenti ſubſiſtente, & hic eſt tertius punctus, nemo dubitauit poſſe Principes priuilegia reuocare, etiam quod ſint conceſſa in remunerationē ſeruitiorum, & in cauſa oneroſa. Deciſio eſt ſolemnis And de Yſer. quem in Regno appellamus legum Euangeliſtam in d.conſt.Regni incip. ea quæ decus, vbi Affl.cumulat deciſiones,& elegāter Gugl. Pernus Doct. Siculus magnæ auctoritatis in ſuis conſilijs feudalibus in conſ.16. hoc firmat auctoritate Yſem. & hæc eſt communis opinio omnium Canoniſtarum in d. cap. quæ in Eccleſiar.& maxima cauſa eſt, quando ex priuilegio turbatur tranquillitas ſtatus Eccleſiæ. Nam, vt Domini Conſulentes ex aduerſo dicunt ſed male applicāt ad caſum, ex cauſa de nouo emergente, omne Priuilegium poteſt reuocari, dicit Bald.in l.fi.ff.de ſenat.tex.notab.in l ex facto.ff.de vulg.& pupil.ibi etenim iniquum incipit fieri priuilegium Principis, vbi Alex.& cōmuniter ſcribentes,& hoc dicit gloſ.in d.cap. decet.in ver.Priuilegium, quando detegitur enorme pręiudicium,vbi Canoniſtæ,& idem gloſ.pen.in d.cap.ſuggeſtum, & ibi gl.fin. dixit,quod ſi priuilegium ex poſt facto redditur ad iniquum compendium, Principis erit, & æxtimatio, qui conceſſit, ipſeq. habet interpretare,quam norant,& ſequuntur Io.And.Abb. & ceteri omnes, & notetur diſpoſitio illius tex ibi, multi viri Eccleſiaſtici de vobis apud nos querelam ſæpè propoſuerunt,vbi gloſſ.notab. tradit,quòd ſecundum qualitatem temporum,& rerum,priuilegia ſunt variandā, quod ibidem notauit Hoſt. ad euitandum enorme præiudicium,& futurum ſcandalum,quæ vnico verbo,dixit ibi Butr. vt reuocetur priuilegium, quando incipit tendere ad non cauſam,& quando incipit ſcandalum inferre, & aliter grauiter præiudicare, & ibi Anchar.notat,quòd licet aliquid fuerit à principio ęquum,validum,& iuſtum,ſi cum proceſſu tēporis fit iniquum,mutari debet,quod dicit procedere in priuilegijs,Conſtitutionibus, & omnibus alijs, ibiq. idem notat Anan. pro quo eſt tex. elegans in can.qui ſancta 63.diſt. circa fin.ibi,ac per hæc magna auctoritas iſta eſt habenda in Eccleſia, vt ſi nonnulli ex prædeceſſoribus, & maioribus noſtris

ſtris fecerint aliqua, quæ illo tempore potuerunt eſſe ſine culpa, & poſtea verruntur in errorem, & ſuperſtitionem, ſine tarditate aliqua, & cum magna auctoritate à poſteris deſtruantur, vbi gl. notab in ver. deſtruantur ex illo tex. notat, quod ſucceſſores debent mutare facta, & inſtituta prædeceſſorum etiam bona, ſi detegerint ea eſſe pernicioſa, & hæc eſt opinio communis omnium Theologorum, videlicet omnes leges, omnesq. Conſtitutiones, quæ à principio iuſtè, & ſanctè factæ fuerunt, mutari debere, quando ex temporum varietate demonſtratur non conuenire Chriſtianæ Reipublicæ, vt per D. Thom. 1.2. quæſt. 97. art. 1. 2. & 3. auctoritate Diu. Auguſt. in princ. de libet. arbitr. Sot. de iuſt. & iur. lib. 1. q. 7. art. 1. Franc. de Victoria relect. 4. de poteſt. Pap. Summ. Sylueſtr. in ver. lex num. 25. verſ. 25. quæritur. Summ. Angel. in verb. abrogatio, Summ. Armill. in tit. de abrog. oam eadem cauſa, quæ mouet legislatorem ad legem faciendam iuſtam, & ſanctam tempore cõditæ legis, & ſic pariter priuilegij, hæc eadem, ſi temporis diſcurſu apparet nociua, ſcandaloſa, aduerſaria honeſtati, ac publicæ Eccleſiæ vtilitati, hæc eadem permittit, imò imperat reuocationem legum, & priuilegiorum. Vnde cum clamores ſint vndique Clericorum, ſcandalum eſt notorium vniuerſale, & perſoõæ religioſæ, & in ſacris conſtitutæ, milites Chriſti, qui Deo inſeruiunt, & dicuntur res ſpirituales Eccleſiæ, ſubiaceant ſęculari poteſtati à proprio ouili eiectæ, & ab ipſorum vero, proprio, & naturali Paſtore alienatæ contra priuilegia à Deo ipſis conceſſa, tranquillitas, & ſtatus Eccleſiæ dehoneſtatur, & denigratur, & vt diximus ſupra, auctoritate Butr. in vituperium conuertitur, maximè ſtante notorio abuſu. Igitur cauſa eſt manifeſta, & probata, quæ, vt diximus, in ſpiritualibus ſemper præſumitur, quia Papa eſt Dominus abſolutus; & deciſiones ſunt cumulatæ in primo volumine meorum Conſiliorum in conſ. 42 nu 64. & dum Papa hoc facit cum conſilio Cardinalium, quæſtio eſt indiſputabilis, deciſ. eſt ſingularis ad hoc And. de Yſer. in cap. 1. nu. 16. qui ſucc. ten. & in cap 1. in fin. de conſt. apud par. term. & propterea nulla ratio habenda

eſt

eſt priuilegiorum prætenſorum.

Dixi, q hoc argumento vruntur Dñi ex aduerſo cõſulentes, ſed q male applicant ad caſum, dñi præſupponunt priuilegia immunitatis, ac libertatis Eccleſiaſticæ reduci ad iniquum, & propterea ceſſare debere, nam primo reſpectu immunitatis perſonarum, motiuum nullo modo ſubſiſtit, cum cauſa aliqua iniquitatis conſiderari non poſſit, ſi per Summos, & ſanctos Pontifices iuſtitia adminiſtratur, & Eccleſia Dei taliter gubernatur, vt appareat omnibus eſſe exemplum, ſi verò tractamus de rebus, quia Eccleſiæ ſunt dotatæ, pariter motiuum non procedit, cum notoria ſit iuris regula, quod in diſpoſitione in beneficium Eccleſiarum, omnis immenſitas eſt menſura, & ob id iuſtè ſancta Mater Eccleſia prohibuit non poſſe amplius diſputare de donatione facta Eccleſiæ per illum memorandum, & religioſiſſimum Imperatorem Conſtantinum.

Secundò, diximus ſupra auctoritate gloſ. in d. cap. ſuggeſtum, communiter ſequuta, quod Papa æſtimare debet, ſi priuilegium redditur ad iniquum, ſi eſt nimis præiudiciale, & reliqua, ad finem adhibendi debita remedia, & ipſius tantum eſt poteſtatis, & auctoritatis priuilegia mutandi, & reuocandi, in materia maximè ſpirituali, & de perſonis ſpiritualibus: ergo nullo modo Princeps ſæcularis poteſt ſe conſtituere iudicem exemptionis perſonarum Eccleſiaſticarum, nec iudicare de Pontificis priuilegijs, ſicut non deceret, nec poſſet Papa inter laicos de ipſorum Principum priuilegijs. Nam ſi in ſpiritualibus omnes ſæculares Principes ſunt Papæ ſubiecti, illoq. ſunt inferiores, eſſet nunc facere, vt inferior legem ſuperioris tolleret, quod omnino eſt prohibitum, vt ſupra eſt demonſtratum eleganter per Andr. de Yſern. in cap. quoniam diuina, de pac. tenen.

Tertiò, ſi Papa ſuper hoc prouiſionem fecit ſpecificam, vt ſupra diximus, quod quando onera Ciuitatum ſunt talia, quod facultates non ſupperunt, & res Eccleſiarum poſſunt ſupplere, quod recurratur ad Epiſcopum, & Cletum, vt demum, Papa conſulto, publicæ vtilitati ſuccurratur, er-

go argumentum ex aduerso non subsistit, & funditus destruitur.

Tertiò, principaliter et omnes Doctores, tàm Canonistæ, quàm Ciuilistæ, quos reassumit Felin. atque Dec. in d. cap. quæ in Ecclesiarum, & elegantet per And. de Ysern. in cap. 1. § similiter et de cap. qui cur. vend. vbi Affl. & Loffr. latissimè per Restaur. Castal. in tract. de Imper. quæst. 97. omnes, inquam, affirmant, posse Papam, Imperatorem, & Regem ex causa publicę vtilitatis capere bona cuiuslibet ipsis subiecti, dominia, & iurisdictiones, & alteri concedere ex reg. tex. in l. item si verberatum. § item si forte. ff. de rei vind. in l. Lucius ff. de euict. in l. 2. C. quib. ex caus. seru. pro ptem. libert. accip. si ergo tractamus de spiritualibus, in quibus Papæ, omnes sunt subditi, ac de illius priuilegijs, & ex causis notorijs, quę probatione non indigent, interest sanctæ Romanæ Ecclesiæ ob honorem, reuerentiam, & decorem status Ecclesiastici, ac publicæ illius vtilitati, vt similia priuilegia abolean-tur, ergo cum causa sit exprobata, potestas non deficiat, sequitur, quod iustissimè Summus Pontifex, restituta Ecclesia in pristinam libertatem, potest mandare, quod Domini Veneti à Clericorum cognitione se abstinerent, & propterea carceratos, quos detinent, liberent.

Quartò principaliter non est dubium, priuilegium hoc prærensum à Dominis Venetis fuisse ablatiuum iurium, & priuilegiorum Ecclesiæ, & oportet dicere ad comprobationem illius, quod Papa fecerit tunc ex causa publicæ vtilitatis, nam non aliter poterat tollere iura collegij Clericalis, & totius Ecclesię, & alteri concedere, quo casu, quando sumus in prophanis, & temporalibus, & etiam in spiritualibus, quæ tamen non sint de iure diuino, Papæ permissum est, vt in præcedenti motiuo, sicut possunt Imperatores, et Reges in eorum iurisdictione. Cumq. idem Doctores dicant in hoc ptoprio casu, quod causa cessante, priuilegium cessat, & reuertitur res in pristinam causam, debetq. id, quod concessum est, reintegrari, & reuerti ad eum, à quo ablatum fuit, & est communis decisio à nemine controuersa, de qua per Felin.

d cap.

d.cap. quæ in Ecclesiarum nu.29. Deci.ibidem num.22. auctoritate Innocentij in cap. quia plerique de imm. Eccl. est decis.notab. Alber.in l.quòd in lictore.ff.de acq.ter. dom. & in l.in tantum.ff. de rer diuis. omninò videnda : in tũ enim durat concessio ablatiua iurium,in quantum durat causa ablationis, qua cessante, redit res in pristinam causam, quasi quodam iure postliminij, dicit tex.in d.l.in tantum, pro quo pariter legatur sollemnis decisio And.de Ysern. in cap. 1. §. item si Clericus ante nu. 53. de cap. Corr. loquentis in feudo ablato vni Ecclesiæ causa vniendi alteri Ecclesiæ, quod Papa facere potuit, vt demum vnione cessante, vel Ecclesia dilapsata propter delictum,feudum reuertatur ad primam Ecclesiam,a qua ablatum fuit, vbi in specie Ysern. dicit ex reg. tex.in d.l.in tantum,quod ex iuris interpretatione, in tantum intelligitur ablatum, & concessum, in quantum fuit vnitum, & incorporatum alteri Ecclesiæ, & in causa vnionis steterit, qua cessante, redit res in pristinam causam.

Sequitur propterea ex his verbis, quod cum hisce temporibus (gratia Dei)religio Christiana vndique,& vbique permanet immaculata, & venerabilis, Põtifices Maximi tam peruigiles in suis ouibus pascendis, aberrantes ad viam rectam reducendo,illosque,quando opus est,acriter corrigendo, cui omnes Imperatores, Reges,& Christiani Principes obediunt, inseruiunt, & reuerentiam exhibent, igitur si iustitia ex parte Ecclesiæ non potest deficere, potentia est in culmine omnibus formidabilis, & super omnes alios suprema,dicendum est,quod cum cessent causæ, quæ fuerunt inductiuæ, & causatiuæ priuilegiorum prætensorum, quia Ecclesia fluctuabat, vndique agitabatur, opus habebat Regibus,& Principibus mundi, potestateq. seculari ad delicta coercenda, & propter frequentiam tunc multorum grassantium relaxare etiam cognitionem, & iurisdictionem suorum subditorum penes laicas potestates argum. tex. in l. aut facta.§.fin.ff.de pœn. quæ causa in specie enunciatur in priuilegio Pauli III. & quando nulla causa fuisset enunciata, nec de ea facta mentio in priuilegio, debet hæc haberi pro ex-

pressa,

pressa, cum alia dari non possit ad iustificationem illius, iux. trad. per Bal. in l. maximum vitium 3. col. nu. 16. C. de liber. præt. Idem Bal. in l. quoties 1. col. in nu. 8. & in l. quamuis in princ. C. de fideic. vbi Paul. de Castr. hinc dicimus, quod ratio etiam coniecturata restringit statutum in cap. gestum, vbi Doctores de appell. cumulãt infinita, Bertacch. in vet. ratio legis, vers. ratio habetur pro express. & in verb. ratio statut. etiam coniecturata, & ex causa licitum est arguere ad iustificationem, limitationem, aut cessationem priuilegij, statuti, & legis ex reg. tex. in 1. fundus qui locatus in fin. ff. de fund. instruct. in l. 2. ff. de libet. & posthum. vnde cessante causa inductiua concessionis iurium Ecclesiæ, iustè ipsa expoliata, venit ad sua pristina iura restituenda, imò ex iuris ministerio, stante intrinseca concessionis natura resolutiua ex cessatione causæ, intelligitur Ecclesia restituta ad sua pristina exemptionis iura, & sublata iurisdictionum cõfusione, vnusquisque sua deber esse contentus. Summa enim est ratio, quæ pro religione facit, dicit Vulpianus Iureconsl. in l. sunt personæ de relig. & sump. fun. Deus Optimus Maximus, cuius causa tractatur, corda omnium illuminet, vt veritate cognita, finis tantæ controuersiæ imponatur, & ob suam diuinam, & immensam misericordiam, errantes oues ad suum ouile reducantur, nam bonus pastor est, benignus, & misericors, qui non vult mortem peccatorum, sed vt conuertantur, & viuant. Et absit, Deusq. Opt. Max. auertat, vt eius sententia posita in Iosue 11. locum habeat in Dominis Venetis, vt indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Israel, & caderent, & non mererentur vltra clementiam, ac perirent, sicut præceperat Dominus Moysi.

FINIS.

Facit sive maximi momenti dubia S^r. Bal.
£21. circa medium Lib. 7. incipit in Civitate
Burgik —